Exijt edictū a ce/sare augusto vt describeret vniuer/sus orbis. qđ hyperbolice dictuz est. i. ꝓ maiori ꝑte vniuersus orbis. Nec descriptio ꝑmo fcā est a p̄side syrie cirino q̄ missus fuit in syriā et iudeā vt ibi ꝑmo inciperet describere. qz ibi ꝛ esse medij terre. et ibāt oēs iudei vt ꝓfiterent singuli in ciuitatē suā. s. de q̄libet oriundus erat. Ascēdit aūt ꝛ ioseph a galilea de ciuitate nazareth i iudeā ciuitatē dauid q̄ vocat bethleem. eo q̄ esset de domo⁹ familia dauid. vt ꝓfiteret cū maria vxore sua p̄gnante. Factū est aūt cū esset ibi īpleti sūt dies vt pareret. et pe perit filiū suū primogenitū. Unde Beda. Nō post quē aliū sz ꝑter hūc nullū. et pānis eū in/uoluit. et reclinauit eū in p̄sepio. qz nō erat ei locus alius nisi in diuersorio. Diuersoriū di/cebat. qz cōis domus erat ꝛ diuersi ibi ꝓuente bant. Erat aūt platea cōis inter duos dom⁹ hūs introitū ꝛ exitū ad vtrūq; vicū. desup co opertū. vbi festiuis diebꝫ ciues ꝓuenāt ad colloquendū. et ibi fuit factū p̄sepe ꝓ paupez necessitate. q̄ venientes de vill'a alia hospitia ha bere nō poterāt. Hāc intrauerūt maria et io/seph eo ꝙ paupes erāt ꝛ alia hospitia occupa ta essent. Adduxerūt aūt bouē et asinū. vt bo uē venderēt ꝛ inde darēt tributa. et asino btā virgo grauida veheret. Ista aī alia cognoue/rūt creatorē suū flexis genib⁹. sm illud. Cog/nouit bos possessorē suū. ꝛ asin⁹ p̄sepe dñi sui Et pastores erāt i eadē regione vigilātes ꝛ cu stodientes vigilias noctū sup gregē suū. Et ec/ce angelus dñi stetit iuxta illos. et claritas dei circūfulsit illos. et timuerūt timore magno ꝓ pter incōsuetā angeli apparitōz ꝛ subitā clari tatē. et dixit illis. Nolite timere sz gaudete. euā gelizo vob. i. annūcio vobis gaudiū magnuz qz nat⁹ est nob. i. angel'z hoīb⁹ pter. qz ex sal uatōe hoīm creuit gaudiū angelorū. hodie sal uator mūdi q̄ est xp̄s. in ciuitate dauidi i beth/leem. Et h̄ vob signū. inuenietis infantē pan nis inuolutū. et positū in p̄sepio. Et subito fa/cta est cū angl'o multitudo militie celestis lau dantiū ꝛ dicentiū. Gl'ia i altissimis deo.

De eodem Sermo. XVII

Inuenietis infā/tem pānis inuolutū ꝛ positū i p̄sepio

In nativitate domini

Luc.ij. O q̃ leta annũciatio et omni accepta/
tõne digna. Añ incarnatõz nẽo eũ iuenire po
tuit. licet eũ cuz magno desiderio sancti pẽs
q̃rerẽt. Cesset nũc q̃rela illi⁹ sancte aĩe q̃ dice/
bat Can.iij. Quesiui illũ z nõ inueni. Ez ecce
nũc ab angelo pmittit inueniri. ¶ Sciendũ
aũt q inueni⁹ est a trib⁹ generib⁹ hoim z tri
bus locis. Prio inuenit a pastoribꝫ. et hoc i
psepio. Scdo a regib⁹. et hoc i templo. ¶ Primo inueni
tur a pastoribꝫ. q pastores signant hũiles et
simplices. q̃ querũt dñm i simplicitate cordis
sui illi inuenier eũ. vñ Sap.i. In simplicita/
te cordis q̃rite illum. qm̃ inuenitur ab his qui
nõ tẽptant illum. Apparet aũt his q̃ fidẽ ha/
bẽt i illũ. Glo. Simplicitas est puritas intẽ/
tionis z innocẽtia optis. qñ nulla duplicitas
est interi⁹ sz totaliter cor quertit in deũ. nec re
flectit in suũ cõmodũ. vel fauorẽ hoim. Jõ di
cit dñs Mathei.xxiij. Ci q̃sieritis me i toto cor
de vro inueniar a vobis. In toto corde. i. sim
plici mente z nõ duplici. q̃ cũ q̃rit eũ duplici
corde nõ inuenies eũ. sic herodes q̃ simulabat
se velle q̃rere puerũ z adorare eũ. et tñ intẽdit
eũ interficere. et iõ nõ inuenit eũ. Iz multa milia
puerorũ acciperet ꝓter hoc vt occideret. Pasto
res aũt q̃rentes eũ corde simplici inuenerunt
eũ in psepio. Lu.ij. Inuenietis aũt eũ. i. puc/
rũ pãnis inuolutũ positũ in psepio. In q̃bus
verbis tangunt tria. Primũ est q̃ inuenerũt
puerũ. in q̃ significat pueriles puritas. Secũ/
dũ est q̃ inuenerũt eũ pãnis inuolutũ. in q̃ si
gnificat volũtaria pauptas. Terciũ est q̃ in/
uenerũt eũ in psepio. in q̃ hũilitas fcat. Hec
tria dz hõ hẽe q̃ deũ vult inuenire. ¶ Prio pu/
ritatẽ siue castitatẽ. qz mũdi z casti dñt esse q̃
deũ volũt inuenire. Vñ ps. In terra deserta
inuia z inaquosa. i. sine hũore carnaliũ delicia
rũ. sic in sctõ. i. i mũdo desiderio apparui tibi.
q̃si di. Si q̃sieris me mũdo z casto corde i sctõ
desiderio tũc apparebo tibi. et sic me inuenies.
¶ Scdo dz hẽe voluntariã pauptatẽ q̃ xp̃m
vult inuenire. qõ significat p hoc q̃ inuene/
runt eum panniculis pauplib⁹ inuolutũ. Vñ
Beñ. Xp̃s pauperẽ matrẽ elegit q̃ vir hẽbat
pãnos ad iuoluendũ eũ. et cũ tãta esset necessi
tas. nullã audet angel⁹ facere pelliũ mentõz.
Nã tale est iudiciũ mũdi. Aut q̃ mũd⁹ fallit.
aut iste errat. Sz diuinã puidentiã impossi/
bile ẽ errare. q̃ mund⁹ fallit. Si ergo deũ vis
inuenire dẽs eũ q̃rere in volũtaria pauptate.
qõ est ꝫ auaros q̃ q̃rũt bona tpalia in q̃bꝫ nõ
inuenit dñs. Ozee.v. In gregib⁹ suis z in ar/
mento surgẽt ad q̃rendũ dñm z nõ inuenient
ablatus est ab eis. ¶ Terciodz hẽe hũilitatẽ
qõ fcat p hoc q̃ inuenerũt eũ in psepio. z nõ
in lecto aureo. Ozee. O q̃ admirabilis hũili/
tas. q̃ totum cõtinet orbẽ i psepio reclinat. ab
initio hũilitatẽ captat et in fine decorat. Ni
mirũ si voluisset ven esse potuisset moucdo ce/
lum. cõcutiendo terrã. emittẽdo fulmina. nõ
aũt sic pcessit. nõ ei pdere sz saluare venit. vo
lebat ab ipis primordijs hũanã cõculcare su/
perbiã. iõ a superbis inueniri nõ potuit. De
istis trib⁹ dz Job.xxviij. Sapia ꝫo vbi inue
nitur. Nec inuenit in terra suauiter viuentiũ.
id ẽ in luxuriosis cordib⁹. Abyssus dic nõ est
in me. Abyssus dz ab a q̃ est sine z basis fun
damentũ. et fcat auaritiã q̃ est sine fundamẽ
to. Eccl.xliij. Insatiabilis est oculus cupidi.
et mare loquit. nõ est i me. Mare faciliter tu
met z ascẽdit. et fcat superbiã. In superbis nõ in
uenit dñs. qz ibi libẽter hospitat diabol⁹ rex
superbie. Scdo inuen⁹ est a regib⁹. Per reges
q̃ eũ p lõga terrarũ spacia q̃sierunt fcant vere
diligẽtes. Vere magna dilectio fuit q̃ eũ per
tãta terrarũ spacia q̃sierũt. Nota hoc totũ euã
geliũ de die ephie. Cũ natus esset iesus. Item
magna dilectio erat q̃ eũ cozã herode reges
asserebãt q̃ tũc mortẽ ñ timebãt. Joh.xv. Ne
mo maiorẽ dilectõz hẽe pt q̃z vt animam ꝑ. In/
uenerũt eũ eum in diuersorio z in via cõi. qz
oibus cõis est et ab oĩb⁹ cõiter inueniri pote/
rit. qz nõ est acceptor psonarũ de⁹. sz in oi gẽ/
te q̃ diligit eũ accept⁹ est illi. siue sit pauper si/
ue diues. siue infirmus siue leprosus. ¶ Tercia
ista inuentõz tria nota. Prio qz inuenerũt eũ
p stellã. Scdo inuenerũt eũ cũ maria matre ei⁹.
Tercio inuenerũt eũ cũ muneribꝫ. Per stel/
lam designat nobis dei gra sine q̃ nõ inuenit
xp̃s. qz ipe dicit Jo.xv. Sine me nihil pote/
stis facere. i. sine gra mea. Si aũt gratz nõ ha/
bemus recurram⁹ ad mariã eius matrẽ q̃ ple
na est gratia. qz cum illa eũ inuenies sicut isti
reges. Beñ. Virgo hec regia via est p quã xp̃s venit ad nos. Studeamus q̃
p ipam venire ad gratiã dei p quã accessum ha
beamus ad filiũ. O benedicta inuentrix gra.
genetrix vite. mater salutis eterne. p te nos su
scipiat q̃ p te datus ẽ nobis. Per mũera aũt
p q̃ ipm inuenire debem⁹ signant bona opa q̃
vult sibi offerri. Exo.xxiij. Nõ apparebis i cõ
spectu meo vacuus. Fuerũt tria mũera. s. au
rum thus z mirra. Aurz est dilectio. thus ozo
mirra carnis castigatio. Require de singul⁹.
Tercio inuẽtus est a parẽtib⁹ Lu.ij. Cũ face⁹
esset iesus annoz duodecim. Istud totũ euã/
gelium recte in dñica infra octauas ephie. Cũ/
q̃ inuenissent eũ ait mater. Ego z pater tuus
dolẽtes. Per
s. ioseph pr̃ puratiu⁹ q̃rebam⁹ te dolẽtes. Per
istos duos q̃ dolẽtes q̃rebant iesum signat q̃
cũ dolore cordis q̃rere debem⁹ deũ aũt pecca
do amisim⁹ z nõ cũ gaudio. Ber. O bone ie
su quõ te cũ gaudio inuenia tc. Inuenerũt aũt
eũ in tẽplo. nõ i lecto. nõ in foro. nõ in ludo. qz
ibi nõ inuenit. Can.iij. Surgã. s. a lecto acci/

die ⁊ deliciarū. et circūibo diligēter. et inuesti/gabo quē diligit aīa mea. Job. xxviij. Nō in/uenit in terra suauiter viuētū. Inuenerūt eū in medio doctor.ī. pdicator. Nam pctōres libenter debent audire verbū dei. q⁹ ibi pos/sunt deū inuenire. Prouerb. ij. Si sapiaz in uocaueris, ⁊ inclinaueris cor tuū prudentie. s. audiendo ẏbū dei. scīam dei inuentes. ī. deū vel dei cognitionē. Inuenerūt eū etiam post triduū. p qō ꝑcant tres ptes penitentie. s. otrī tio. ꝓfessio. ⁊ satisfactio. post illa tria inuenit deus. Quicūq; ḡ peccator peccando grāz dei amisit. querat eū cū dolore. ⁊ maxime isto tpe quo ds puer factus est q⁹ pueri facilius pcōr possunt inclinari. Istud ptz p exemplū. Mo nialis q̄dam exiens ordinē seducta a iuuene. p ꝓcessum tpis iuuenis eā deseruit ⁊ facta est publica meretrix. Post multos ẏo annos ce pit statū suū recogīcere in quo aīa fuit. ⁊ illuz miserū statum in quo tunc erat. Cūq; ḡ cogi taret ds districto dei iudicio in quo redditura esset rōem de oīi tpe vite sue. de oī ẏbo. de oīi cogitatione. ⁊ de oī ope desperauit dicens Peccata mea sunt sup numez arene maris. amō ego rōem reddā corazz tā districto iudice Cūq; aūt esset in eccl'ia in q̄dā festiuitate xp̄i. ⁊ audiret p̄dicare q⁹ ille districtus iudex esset puulus factus ꝓter salutē pctōr cepit intra se cogitare dicēs. O si possem ego misera gr̄iā corā isto puero inuenire. Et oīb⁹ egressis post p̄mā missam ipsa sola remansit imaginē bea te ẏginis marie cū magnis lacrimis rogans ⁊ dicens. O bñdicte puer iesu xp̄e q̄ p salute peccator veniſti in hunc mūdū ⁊ puer factꝰ es. ꝓter pctōres passus ⁊ crucifixus dep̄cor te p dilectionē illā qua dilexisti ge nus hūanuz q̄n in hunc mūdū venire dignatꝰ es. ⁊ p bñdi ctam infantiā tuā. ⁊ p bñdictā ẏginē mariaz q̄ te in hac nocte pura ẏgo peperit ⁊ mundo edidit q̄nus miserearis mihi misere pecca/trici. Et ecce vox pueri audita est dicētis. O filia mea dilecta dimissa sunt tibi oīa peccata tua. vade in pace ⁊ ampli⁹ noli peccare. Ro/gemus dīm iesum xp̄m vt dimittat nobis si/cut ille mulieri oīa pcā nr̄a.

De eodem. Sermo. XVIII

Apparuit beni/gnitas ⁊ hūanitas saluatoris no/stri dei nō ex op̄ib⁹ iusticie q̄ fecimus nos. sed sm̄ suaz miam saluos nos fecit. ad Titū. iij. q.d. Saluator nr̄ ds oīdit nobis suā miam largā in b̄ q⁹ p nob factus est hō. Nam fecit nos saluos ꝓter suā miam. nō ꝓter nr̄a mer ta. q⁹ nūq; meruimus. In ẏbis istis ꝓponit nobis paulus miam dei quā p hūanitatē suā nobis exhibuit. instruens nos vt eriā dēam⁹ p̄mis nr̄is mie opa exhibere. Sciendum aūt q⁹ ceptē sunt opa mie q̄ tenemur p̄mis nr̄is q̄ nobis xp̄s exhibuit. Primū ē esurie tem cibare. Misereamie. viij. Mittite ptez eis q̄ nō ꝓpauerunt sibi. Istud opus mie exhibuit nob misericors ds. q̄ cibauit nos ⁊ cibat oīm tpe p gr̄am suā. nō tm̄ cibo materiali sz etiaz spūali. ī. corpe suo bñdicto. quē sacerdos sin/gul' dieb⁹ offert in altari p nob miser' pctōrib⁹ quē recipit sacerdos nō p se solo sed p oī pl'o xp̄iano Un̄ ait dn̄s in cena q̄n accepit panē ⁊ fregit ⁊ bñdixit dicens. Accipite ⁊ māducate hoc est corpus meū ⁊c. O bñdicte iesu xp̄e cō cede nob vt nūq; ex hoc seculo sepemur nisi pri us tuo bñdicto corpe cibemur. Scom est sitientē potare. Proūb. xxv. Si esurierit inimicus tuus ciba illū. si sitit potū da illi. Istō opus mie exhibuit nob ds. q⁹ cū adhuc esse/mus eius inimici venit de celo ⁊ refocillauit nos miseros sanguīe suo quē p nob in cruce effudit. ⁊ adhuc dat nob bñdictū sanguinem suū in potū in altari. quez sacerdos in perso/na totius eccl'ie ⁊ pl'i fidelis sumit. Istū po/tū ꝑmo ꝓpinauit q̄n accipiens calicē bñdixit ⁊ dedit discipulis suis dicens. Accipite ⁊ bi/bite ex hoc oēs. hic est enī calix sagnuis mei q̄ p multis effundet in remissionē oīm peccato rū. effusus aūt fuit in cruce q̄n ds manib⁹ ⁊ pe dibus effluebat. Un̄ Ber. Bibe de calice dn̄i bibe nunc o aīa mea. Ingredere ⁊ bibe apta sunt tibi cellaria. Pocula sunt vulnera vnd nō stillat vinū sed fluit abūdanter. bibe. ine/briare. lauare. Bibe ne penas horreas. Ine/briare ne mūdū diligas. Lauare ne sordeas fere as. Terciū est nudū vestire. Esa. lviij. Cuz videris nudū operi eū. Istud opus mie exhi buit nob xp̄s. Nos ante nudi eramus ⁊ oīm gr̄a nudati. q̄n ꝑmā vestē innocentie in padi so peccando amisimus. Sed misericors de⁹ descendit p nob nascens vilib⁹ pānis ē indu tus sic dic̄ Ber. vt nos stola īnocētie reindue ret. in cruce moriēs p nob est nudatus vt sto la eterne iocūditatis nos vestirer. Uestis aūt ista q̄ vult nos in eternitate vestire ē q̄drip/tita. Prima ps ē iuuētus sine senio. Secūda ps ē gaudiū sine tristicia. Tercia securitas si ne pauore. Quarta vita sine morte. Quar/tū ē hospites colligere. Matth. xxv. Hospes eram ⁊ collegistis me. Istud opus mie exhibu it nob miseris pctōrib⁹ ds. nos enī eram⁹ ho/spites ⁊ exules. q⁹ electi fuimus de paradiso ꝓp pctā nr̄a in exiliū hui⁹ mōi ⁊ nusq; potuim⁹ inuenire requiē in b̄ mūdo. ⁊ q̄n exiuimus de b̄ exilio venimus in aliud q̄d erat gurgus b̄ est ad limbū inferni. ⁊ sic sp eram⁹ exules q̄cūq; diuertebam⁹ nos. Un̄ ps. Heu mihi q⁹ inco lat⁹ me⁹ plōgat⁹ ē. Tādē respexit miſicors ds nos ⁊ descēdit d celo i b̄ exiliū. ⁊ fact⁹ ē p nob

paup ꝛ exul hō vt nos reduceret ad suū hos/
piciū. Unde ait discipulis anteq̄ ascenderet
Joh. xiiij. Uado parare vob̄ locū. In domo pa
tris mei mansiones multe sunt. Aug. in pso/
na xp̄i. Cū esses longe in exilio ego veni vt re
ducerē te. triginta trib̄ annis q̄siui te. ꝛ ne lu
poꝝ oze lacereris collegi te. in humeris meis
portaui te. p̄i meo reddidi te. laborauī. sudaui
sanguinē fudi. vitā meā morti exposui. vt te
mihi ꝯiugerem. ꝛ in eternā vitaꝫ reducerem.

Quintū est infirmos visitare. vñ Eccī. vij
Non te pigeat visitare infirmos. ex h̄ enī in
dilectione dei firmaberi?. Istud opus mīe ex/
hibuit nobis misericoꝛs ōs. Nos enī aī ad/
uentū dñi eramus ḡuati diuersis infirmitati
bus. eramꝰ ceci. claudi. leprosi. Adeo ceci era
mus vt hūdictā faciē xp̄i videre nō potuimꝰ
p̄usq̄ hō fieret. Adeo claudi eramus q̄ nihil
boni facere potuimus q̄ possemus ad regnū
celoꝝ peruenire. Leprosi eramus. qz sicut le/
prosus sepat a ꝯsortio hoīm. ita sepati eramꝰ
a ꝯsortio dei ꝛ angeloꝝ. Cū igit̄ tantis infir/
mitatib̄ ḡuati essemus. ꝛ nemo nos saluare
posset. venit misericoꝛs ōs de celo in hūc mū
dū ꝛ viuificauit nos. ꝛ vulneratus ē p nobis
vt nos sanaret. oculi eius velati sūt vt nos il
luminaret. tāq̄ lepꝛosus ꝯsputus ē vt nos a
peccatis mūdaret. Unde Aug⁹. Magnus ad
nos venit medicus qz magnus vbiq̄ iacebat
egrotus. De p̄cio sanguine suo nob̄ medica/
men ꝯfecit. Ber. Agnosce o hō q̄ ḡuia fuerit
aīe tue vulnera p quib̄ necesse fuit xp̄m dñm
crucifigi. si nō fuissent ad mortē sempiternaꝫ
nūq̄ p eoꝝ remedio moꝛeret xp̄s. Sextū ē
captiuos liberare ꝛ visitare. Heb. xiij. Me/
mētote inq̄t paulus vinctoꝝ. Istud opus mi
sericordie exhibuit nobis ōs. eramus enī ca/
ptiui in carcere dyaboli fere q̄nq̄ milib̄ ānoꝝ
rū ita q̄ nullꝰ nec patriarcha nec p̄pha potuit
nos liberare. oēs q̄ntūcūq̄ scī ad istū carce/
rem descenderūt. Tandē misericoꝛs ōs mi/
serꝰ nr̄i venit in hūc mūdū ꝛ p nob captus
ꝛ ligatus est vt nos a captiuitate diaboli libe
raret. Unde Bre. O inestimabil̄ dilectio chari
tatis vt fuū redimeres filiū tradidisti in ca/
ptiuitatē. Septimū est sepelire mortuos.
Eccī. vij. Mortuo ne p̄hibeas gr̄am. i. non
subtrahas miam. Glo. ad elemosynā pau/
rū p̄tinet sepultura mortuoꝝ. Istud opus mi
sericordie exhibuit nob̄ xp̄s q̄ p nobis mortu
us est ꝛ sepultus. Unde Ber. Uide o homo q̄
amore dilexit te xp̄us. p te mortuus ē vt te a
mortuis suscitaret. p te sepultus ē vt in te vi/
cia sepeliret. Rogemus dñm iesum ꝛc.

Textualis expositio.

Factum est vt dis/
cesserūt ab eis angeli in celū. pastoꝛes loque/
bant ad inuicē. Transeamus vsq̄ bethleem
ꝛ videamus h̄ verbū q̄d factū ē. i. rē q̄ facta ē.
vel p̄bū dei q̄d incarnatū ē. q̄d dñs. i. tota tri
nitas fecit. i. incarnari instituit. ꝛ venerūt fe/
stinātes ꝛ inuenerūt mariā ꝛ ioseph. ꝛ infan
tē positū in p̄sepio. Uidētes aūt cognouerūt illd
q̄d dictū erat de p̄bo. i. filio dei esse dictū. ꝛ ē
sn̄ia talis. Uidentes circa puerꝫ implera que
dicta erāt illis ab angelis cognouerūt puerꝫ esse
filiū dei. ꝛ oēs q̄ audierūt mirati sūt. Maria
aūt ꝯseruabat oīa p̄ba hec ꝯferens ea in corde
suo q̄cūq̄ retulerat ei ag̃el⁹. q̄cūq̄ audiuit a pa
storib̄ ꝯferēs ea in corde suo. Et reuersi sunt
pastoꝛes ad gregē suū gl̄ificātes corde ꝛ laus/
dantes oꝛe deū in oīb̄ q̄ audierāt ab angel⁹ ꝛ
viderāt, sicut dictū
est ab angelis ad illos. Glo. In h̄ gl̄ificauerūt
q̄ nō aliter inuenerūt q̄m angeli ad ipsos dixe
rūt. ꝛ sic xp̄m laudauerūt.

De eodem Sermo. XIX.

Videamus h̄ ver/
bū q̄d factū ē q̄d fec̄ dñs ꝛ ondit no
bis Lu. ij. Videam⁹ frēs charissimi h̄ p̄bū. i.
filiū dei. q̄ facꝰ ē p nob̄ hō oculi mēris. Scie
dū aūt q̄ filiū dei dēm⁹ videre oculi īfirmis
sub duplici spē in hac vita. s. sub spē būili in
p̄sepio iacentē. sub spē miserabili in cruce pē/
dentē. In futura aūt vita etiā videbīt sub du/
plici spē. mali videbūt eū in spē horribili in
dicio p̄sidērē. boni in spē delectabili in celo re
gnantē. P̄cio dēmus eū videre sub spē būili
in p̄sepio iacentē recolēdo quō se oīporēs ōs
p nob̄ būiliauit. Uere magꝫ būiliras est q̄ ōs
īmoꝛtal⁹ p nob̄ factus ē moꝛtal⁹. Ille magnus
ꝛ incōp̄rehensibil⁹ ōs quē totus nō capit orb⁹
ꝛ quē celi cape nō poterāt in vili p̄sepio ꝯclu/
dī tumꝫ. ꝛ puo lacte pastus ē q̄ pascit oēs
creaturas. Unde Bed. Uili p̄sepis angustia co
tinet ꝛc. Nota q̄ q̄nq̄ modis filiꝰ dei būili
auit se in natiuitate. P̄cio qz pauperē matrē
elegit. Secō qz vilē domū elegit in q̄ nasci
voluit. Tercio qz vilē lectū habuit. Quarto
qz vile indumētū habuit. Quinto qz vilib⁹. i.
pastoꝛib⁹ p̄mo nūciari voluit. De isto iueni/
es in ymone. Paruulus natus ē nob̄ Secō
dēmus eū videre in spē miserabili pendentē
in cruce. Treñ. i. O vos oēs q̄ trāsitis p viā
ꝛc. Unde Ber. in p̄sona xp̄i. Uide o hō q̄d p te
patioꝛ. si ē doloꝛ sicut q̄ crucioꝛ. ad te clamo q̄
p te moꝛioꝛ. vide penas quib̄ afficioꝛ. vide
clauos q̄b̄ ꝯfodioꝛ. cū sit tantus doloꝛ inte/
rioꝛ ꝛ exterioꝛ. planct⁹ ē gu̇ioꝛ cū reingū ex/
perioꝛ. Unde leo p̄p. O is creatura ꝑtū creā/
toꝛi suo patiēti. sol obscurat. fra mouet. petre
scindunt. sepulcra ap̄iunt. moꝛtui egrediunt

pelũ templi scindit. miser hõ nõ compatit p
q̃ solus ds patit. Vide g̃ o hõ creaturaꝝ com
passionẽ ꝺ puocat te ad ꝓpatiendũ z sil'ia to/
lerandũ. Añ btus Ber. Vult benignus dux
deuoti militẽ, vultũ z oc'los in sua sustolli vul
nera. vt illius ex ꝺ animũ erigat. z suo exẽplo
ad tolerandũ reddat fortiorẽ. Jtẽ vide eꝰ ca/
put inclinatũ. ꝺ puocat te ad hũilitatẽ. Unde
aug. Hũiliauit se xps ꝓncep tuꝰ z tu supbis.
caput hũile assit. mẽbꝝ supbum absit. videa
mus manus pforatas. ꝺ puocat te ad largita
tẽ. latus aptũ. ꝺ puocat te ad charitatẽ. vide
totũ corpus eius. z nihil iuenies in eo nisi sig̃
perfectissime charitatis. ꝺ te puocat ad spem.
Ber. Quis nõ rapet ad spem q̃ eius corpus
attendit. Haber caput inclinatũ ad oscular
dũ. brachia extensa ad amplexandũ. manus
pforatas ad largiendũ. latus aptũ ad diligẽ/
dũ. pedes affixos ad nobiscũ cõmanendũ. to
tũ corpus extensuꝝ ad se totũ nob impriendũ
Istis septẽ modis dẽmus eũ videre oculi men
tis in hac vita. Scdo in futura vita videbit
duobꝰ modis. mali in specie terribili in iudi
cio psidentẽ. De ista visione dic aug. Mali/
lent reꝓbi oẽ torimentũ sustinere q̃ facie ira
ti iudicis videre. Malach. iij. Quis stabit ad
videndũ eũ. Ipse ei q̃si ignis ꝓflãs. Esa. xxx.
Ardẽs furoꝛ eiꝰ z gũis ad portandũ. Apoc.
vi. Tũc dicẽt mõtibꝰ z petris cadite sup nos
z cooplite nos a facie sedentis sup thronũ. z a
facie agni. i. iudicis. q̃ nũc est vt agnus man/
suetus z erit vt furens leo. Amos. iij. Quasi
leo rugiet. q̃s ñ timebit. Ista visio figurata ẽ
Apoc. i. vbi Iohes vidit filiũ hois. i. xpm. z ex
ore sedentis in throno exibat gladius ex vtra/
q̃ pte acutus. Per gladiũ istũ ꝼcat vltia sen
tentia q̃ dabit ꝺ pctõres. de qua ꝺr Zach. ix.
Exibit vt fulgur gladius eius. i. vltima snia
q̃ dicet. Ite maledicti zc. Et tiaz gladius iste
ex vtraq̃ pte scindens ẽ. q̃ scindet corpus z
aiam. q̃ tũc ardebit ꝑpetue aia cũ corpe. Bo
ni aũt videbũt eũ in specie delectabili in celo
regnãte. Uñ Esa. xxxiij. Regẽ in decore suo
videbũt. Job. xxxiij. Videbis facie eius in iu
bilo. Ista visio figurata ẽ in regia saba q̃ vẽit
in hierl'm videre regẽ salomonẽ. iij. Regũ. x.
q̃ cũ multa z mira audisset in terra sua de gl'a
z sapia salomonis venit in hierl'm cũ camel'
portãtibꝰ aromata z auꝝ z lapides pciosos.
z obtulit regi. Et videns sapiam salomonis
z domũ quã edificauerat. z cibos mẽse illius
z habitacla fuoꝝ. z ordiationẽ mistrantiũ z
vestes eoꝝ z pincernas. z holocausta q̃ offe/
rebant nõ hẽbat vltra spm. ẽ. Paral. ix. Pre
stupore nõ erat in ea spũs. Glo. Consideran
do sapiam eius nõ hẽbat audaciã tẽptãdi vl
terius. Generat aũt tẽptare eũ in enigmati/
bus. exposuit aũt ei salomon oia q̃ ꝓposuerat
nec quicq̃ fuit qđ ei nõ ꝓspicuũ fecerat. Quo
audito nõ hẽbat vltra spm. i. audaciã interro
gandi. Egressꝰq̃ ad regẽ. Verus ẽ sermo quẽ au
diui in terra mea sup sermonibꝰ tuis z sup sapia
tua. z nõ credebã narrantibꝰ mihi donec ipsa
veni z vidi oculis meis z ꝓbaui q̃ media ps
mihi nũciata nõ fuit. Maiοr est sapia tua et
opa tua q̃s rumoꝛ quẽ audiui. Beati viri tui
q̃ stant coram te z audiũt sapiam tuã. Rex salo
mon interptat pacificus z fcat regẽ xpm qui
pacẽ fecit inter deũ z hoiem. de cuiꝰ gl'ia z di
gnitate nũc multa ꝓdicant. Regina saba est
aia scta q̃ regnũ suũ bñ regit. i. corpus z sen/
sus interiores. Hec veniet post hanc vitã in
celestẽ hierl'm videre regẽ. i. xpm de q̃ tãta au
diuit. Esa. xxxiij. Oculi tui videbũt ciuitatẽ
hierl'm. Et iterũ Esa. xxxiij. Regẽ in decoꝛe
suo videbũt oes scte aie. Debet aũt venire re
gina saba. i. aia sta cũ muneribꝰ. s. aromatibꝰ
auro z lapidibꝰ pc. of. Per aromata bñ redo
lentia fcat deuota oꝛo q̃ redoleꝛ i ꝺspcũ dñi
vñ ps. Dirigat dñe oꝛo mea sic̃ incen. i ꝺspcũ
tuo. Per auꝝ qđ est optimũ metallũ fcatur
charitas q̃ est maxima ꝛrtutũ. Per lapides p
ciosos fcant opa mie. Ista dẽmus nobiscuꝝ
portare qñ iturꝰ sumus ad regẽ salomonez. i.
xpm. Apoc. xxiij. Opa eiꝰ illoꝝ sequũt illos.
Hiero. Sola misericoꝛdia comes es defun/
ctoꝝ. Sed ille rex mie regine sabe. i. anie sctẽ
pl'a bona redonauit. dedit eã oia q̃ voluit et
petiuit. p qđ fcat q̃ oia bona opa nra modi
ca sunt respectu pmũ qđ deus redditurus est
nob. Et totũ illud qđ hic patimur. z qđ boni
facimus est respectu pmũ celestis quasi vna
gutta a que respectu totius maris. Tũc pt di
cere regina saba. i. aia sta. maioꝛ est gl'ia tua
q̃s rumoꝛ quẽ audiui in seculo. z ꝓbaui q̃ me
dia ps. imo milesima ps mihi nũciata a p/
dicatoribꝰ nõ fuit. Gz inter oia mirabat ve/
stes mistrãtiũ z pincernaꝝ. z dapiferoꝝ z ali
oꝝ. q̃ quicq̃ fm sua officia erãt vestiti. vt in
tanta multitudine famulantiũ q̃is poterat
cognosci cuiꝰ officiũ erat. Per has vestes fcã
tur iste mirabiles z pciose vestes q̃bꝰ vestiũt
aie in regno celoꝝ. q̃ sunt q̃dripartite. Pri/
ma pars est iuuẽtus sine senio. Secũda gau
diũ sine tristicia Tercia securitas sine pauoꝛe
Quarta vita sine moꝛte. Rogemus dñm zc.

De eodem. Sermo. XX.

Gaudete z lauda
te sil'deserta hierl'm. q̃ ꝺsolatus est
dñs ꝓpl'm suũ. Esa. lij. Defta hierl'm sũt aie
scte q̃ defuerũt gaudia huiꝰ mõi. Illas ho/
tat ꝓpha ad gaudẽdũ. Scdo põit gaudiũ rõez
Primũ ibi. gaudete. scdz ibi. q̃ ꝺsolatꝰ ẽ dñs
Circa ꝓmũ sciẽdũ q̃ gaudere dẽmus in dño

z nō in alio. Rechre dñica q̄rta in aduentu. in ꝑmōe Gaudete. Circa secūdū sciēdū q̄ dñs ysolak tria genera hoīm. Primi sunt p pctis suis lugētes. Mat. v. Beati q̄ lugēt q̄m ipsi ysolabūt. Glo. Bti q̄ lugent p pctis suis. vl alioz. Un Ber. Luc⁹ eoz q̄ pseuerantiā nō hñt nō merēt ysolatiōez. Alios inq̄t lugētes video. sz si de corde pcederent lacrime nō taz facile ilico soluerent in risum. Tūc autē cum abūdātius ociosa z scurrilia ꝺba pfluant q̄z ꝺus lacrime. lacrimas ꝺmōi de his esse nō arbitror q̄by ysolatio diuina ꝑmittit. q̄nq̄ dē post illas tā facile ysolatio vilis admittit. de licata ē eīm dīna ysolatio q̄ nō dabit admittē tib⁹ alienā. Quicūq; ār vlt a dño ysolari. dz ī luctu p pctis suis pseuerare. Ysolak aūt dñs lugētes p pctis b mō. q̄ misericordit eis pctā dimittit. Ecci. xvij. O q̄m magna mia dei z p piciatio illius ysuertentib⁹ ad se. Ecci. ij. Pius z misericors ē ꝺs. z in tribulatiōib⁹ remittet pctā. i. in luctu p pctis. Dimittit aūt trib⁹ modis. s. libēter. latēter. z frequēter. De ꝑmis duob⁹ modis ptz in filio pdigo. cui pr occurrit. z eū in amplexu z in osculo z ornatu z cōuiuio recepit Lu. xv. De tercio dic aug. Nec crimis q̄ntitas nec hore extremitas. nec tpis breuitas quēq; excludit a venia vbi fuerit pfecte volūtatis ꝑmutatio. O q̄z magꝫ ysolatio ē ista pctōrib⁹. Et ēplū in latrone q̄ in cruce dixit. Dñe memēto mei rē. Etiā legit in vitasparz q̄ q̄dā latro venit ad heremitā mltū de pctis suis dolēs. rogans eū vt ipm ad suā societatē sumeret. ille noluit sz despexit eū in corde suo. eo q̄ oīb⁹ diebus vite sue magnus pctōr fuisset. Cū aūt latro in eodē heremo cellā facere voluisset. z arborē pscinderet. arbore pcisa cito corruit z ipm oppssit. Statim vidit heremita angelos venientes z aiam ei⁹ sine purgatorio ad celū ducētes. Iste licz nihil boni fecerat. sola tū voluntas ipm saluauit. Ecce magꝫ ysolatio pctōrib⁹. Bre. Qui multos sanatos in suis infirmitatib⁹ videm⁹. q̄d aliud q̄z mie pignus tenemus. Scdo ysolatur hūiles z abiectos exaltatione eis in futuro ꝑmittēdo. Lu. xviij. Qui se hūiliat exaltabit⁹ a ꝺo in futuro seculo. nō dicit de hac exaltatione q̄ fit in hac vita. q̄z aliter exaltat mōs z aliter ꝺs. Mūdi exaltatio ē sic ventus. vētus eīm eleuat illa q̄ nullius sūt valoris. sicut paleas pulueres z sīlia. z dimittit ea q̄ sūt pōderosa z pciosa. s. auz z argentū z lapides pciosos. sic mūdus exaltat eos q̄ apd deū nullius sunt valoris. z ꝑcit eos postea in eternā dānatione. Un ps. Vidi impiū exaltatū z trāsiui. z ecce nō erat iuenrus locus ei⁹. Exēplū de diuite epulone q̄ exaltatus fuit in hoc mōdo. z postea sepultus ē in inferno. Dñs aūt q̄ mūdus depmit in futuro eleuabit. Job. v

Posuit hūiles in sublime. Un. i. Pe. v. Humiliamī sub potenti manu dei. vt vos exaltz in tpe visitatiōis. i. in die iudicij q̄n dicz. Ite benedicti ꝑis m. rē. Tertio ysolak dñs increpando vel saltē mitigando. ij. Cor. i. Benedictus ds q̄ ysolak nos in oī tribulatione nra. Un Bern. Quātūcūq; seuiat tribulatio nō putes te derelictū a deo. sz memineris scptuz esse psalmiste. Cū ipo sū in tribulatione. Exēplū in bto stephano cui lapides roꝛrētis dulces erāt. q̄z vidit celos aptos. z ihm stantē rē. Act. vij. Et in Laurencio q̄ dixit. Uidet mihi q̄ sup roseos flores incedā. q̄n sup ardentes prunas nudis pedib⁹ ambulauit. z in multis alijs sanctis. Istud figuratū est Dan. iij. vbi Nabuchodonosoꝛ rex vidit in fornace ignis cū trib⁹ puerꝫ angelū silem filio dei. Hora hystoriā ibidem. Quarto ysolak dñs gaudia mūdana fugientes z ad spūalia anhelantes. Istud figuratū est Exo. xvi. vbi ꝺz. q̄diu fili⁹ isrl habuerūt farinā quā tulerāt de egypto nō est eis datū māna. z cū venirēt ad terrā promissam z comederēt de fructib⁹ illius rerre. i. promissionis. ablatū est eis māna. Quicūq; ergo vult recipe ysolationē diuinā. i. aliquā spūalem dulcedinē ꝺz vitare ysolationē mūdanā sp intentus esse diuinis. z celestib⁹. Exēplū Quedā dña deuota delicias seculi fugiēs frequēter se oꝛonib⁹ z deuotionib⁹ mācipauit. z spāliter circa infantiā xpi afficiebat. z sepe rogauit dñm vt sibi oñdere dignet faciem pueri cie sue. z ecce in q̄dā festo natiuitatis xpi ipsa sola in eccl'ia orante astitit puer pulcerrimus arridens ei. Ipsa aūt nesciente eēs esset. ꝙsiuit puer ab ea si sciret aue maria. Illa rndit. Ita scio. Rndit puer. dic mihi. z fecit. At cū dña dicerer. Benedictus fructus ventris tui. Dixit puer. Ego sum ille fructus. z euanuit. Et illa iubilando clamauit. Reuertere puer charissime. redi dulcissime. p triginta dies nō cessans clamare. Et ecce tricesima die venit hus dicens. Veni ad me dilecta mea. q̄z delicias seculi fugisti z in me delectata fuisti. vtere deliciis q̄s tibi pparaui. Illa statim expirans cū eo migrauit in celum.

Textualis exposito.

IN pncipio erat ꝺbū. Glo. In pncipio filius erat. Sz q̄rit⁹ quare posuerit sub noīe pncipij z nō sub noīe pris vel dei. Ad b dicendū ꝑm Aug. q̄z pr in rone dei pris ignorus erat. Un Johes cū debuit oñdere filiū esse deū eternū in substantia cū eo q̄ est pr li posuisset pres nō fuisset intellect⁹. q̄z nomē di icognitū erat miris. nomē pncipij oīb⁹ erat notū. vel sic. In pncipio

Sermo XX

erat verbū i. filius vnius erat substantie cuz eo q̄ dr esse p̄ncipiū distinctus ab illo psonal'r Uel sic. In p̄ncipio erat x̄bū. i. x̄bū erat idez p̄ncipiū cū p̄re. Et x̄bū erat apud deū. sic ꝓtinuat Crisᵏ. q̄ dixerat. In p̄ncipio erat x̄buz. ne crederet aliq̄s q̄ b̄ dixisset de x̄bo platiuo qđ trāsit & nō manet. sz tm̄ ab aliq̄ pcedit. sic̄ adiūrit. Et x̄bū erat apud deū. i. coeternū et coeq̄le ipsi. & ds erat x̄bū. Nā si x̄bū est eq̄le do & coeternū: cū nulla creatura possit ad tanta excellentiā elevari vt sit deo coeq̄lis & coeterna nisi sit ds. Seqūt. q̄ x̄bū erat ds & deus erat x̄bū b̄ x̄bū erat in p̄ncipio. i. idē p̄ncipiū de p̄ncipio cū p̄re q̄ est p̄ncipiū sine p̄ncipio. apud deū p equalitatē & distinctionē psonalem. Omnia visibilia & inuisibilia p ipm̄ x̄bū facta sunt. & sine ipso factū ē nihil. qđ ē oē factibile aliq̄n factuz in exñtia. In ipso vita erat. i. in x̄bo qđ ē in vita. erat vita. Uel sic. Qđ factū ē in ipso x̄bo. s. incarnatio. passio. resurrectio & cetera hmōi. vita erat. i. cā vite nob. Seqūtur Et vita. i. xp̄s vita hoim̄ erat lux hoim̄ cum hoim̄ naturā sibi in vnitate psone vniuit. vt infirmus oc'us hoim̄ radios fulgoris sui sustinere possz. Añ incarnationē eē lux erat. sin se & in angelor oculos & nō hoim̄ q̄ ñ poterāt solē in rota intueri. Et iō sol nube se induit. & sic factus ē lux. vñ p̄s. Exortū ē i tenebris lumē rect̄. corde: misericors & miserator & iust⁹ dñs Esa. ix. Pp'l's q̄ ambulat in tenebris vidit lucē magnā habitantib⁹ in regione vmbre mortis lux orta ē eis. Et nota q̄ dicit. lux hoim̄. & nō lux iudeoz. q̄z p x̄bi incarnationē ds noⁱ⁹ factus ē oib⁹. q̄ noⁱ⁹ tm̄ erat iudeis. q̄z lex moy⁹si q̄liq̄ lumē erat q̄si clausa erat itra limites iudee. sz trāsfusa ē in oēs gētes p xp̄m. Et lux in tenebris lucz. i. in medio errorᵗ. fuit ei tpe incarnatiōis caligo idolatrie & infidelitatis q̄ nisi erant p sectas errorꝝ. Esa. liij. Acce nos oēs q̄si oues erauimus vnusq̄sq̄ in viā suaz & dñs posuit in eo iniq̄tatē oim̄ nr̄m. Et tenebre eā nō ꝓhenderūt. i. iudei tenebrosi istaz lucē nō receperūt. q̄z nō sūt illuminati. & b̄ nō est p defectū lucis sz ꝓpter viciū eoz q̄ noluerūt oc'os aperire ad lucē. Uñ Crisᵏ. Sic̄ solari radio nō est frui nisi apientē oc'os. ita nec hac claritate pticipare nisi vehementer expādentes oculū. ne claudas ianuā huic luci & multa fruer' voluptate. seqūt. Fuit hō missus a deo cui nomē erat iohes. Hic venit in testionīū. i. ad testionū phibendū. vt testionū phiberet de lūine. i. xp̄o nato ds ex virgine. sic̄ radius nascit de sole sine aliq̄ ei⁹ corruptiōe vl' diminutiōe. vt oēs crederēt in xp̄m p illū. s. iohem & testificā/ nū p̄ se sz ꝓpter iudeos q̄ splendorē nō possent ferre si immediate & nude venisset ad eos. Jō signāt dic̄ de lūine & nō de luce. Differūt ei lux & lumē sic fons & riuus. Lux eñ ē in p̄ria natura. Actus lucis. i. diffusio ē in aliq̄ susce ptibili. & ob h̄ vt notet necessitas testionis ex pte suscipientis & nō ex pte lucis dixit de lūine nō de luce. Et q̄z apud hoīes indignioz iudicat ille q̄ testionū phibet q̄m ille p q̄ phibet. subdit. At nō erat ille. s. iohes testificans lux. sed vt testimoniū phiberet de lumine. q̄si dic. Lucifer nō est sol. sz testimoniū phibet soli. ita iohes nō erat lux. sed iō venit vt testimoniū phiberet de lumine. i. de incarnata diuinitate. Diuinitas in se lux ē. diuinitas in carne lumen est. sed q̄z lumen nō est lux sz a luce. ne crederet aliq̄s q̄ ita xp̄s esset a deo q̄si non ds. iō sequit. Erat lux vera. i. natural' & imutabilis. nō p pticipationē sed p essentiā. Per h̄ q̄ dr lux. notat q̄ ē imutabilis fons totius luminis. Per h̄ aūt q̄ dr ꝓa. notat q̄ sit imutabilis & nō p pticipationē sz oīa illuminans Uñ sequit. Que illuminat q̄druplici lumie. s. nature. gre. doctrine. & miraculoz. oēm hominē venientē in hūc mūdū. Sed q̄rit. q̄m si ipse illuminat oēm hoīem. quō tot sunt nō illuminati. Solutio. q̄ntū ad eū pertinet oēm hoīem illuminat. Si aut̄ q̄dam claudentes oculos mentis sue lucis hui⁹ radios suscipe noluerint. nō a lucis natura obtenebratio est illis. sz a malicia sua. sicut ab introitu oīm⁹ apto & nullo ꝓhibente q̄ volūtaris remanserit ꝓ ꝓpria malicia perit. Aliter aug. rñdet dicens. Ipse illuminat oēm hoīem. i. nullus illuminat nisi p ipm̄. & ponit exemplū. Sicut si in aliq̄ ciuitate posset solus vnus mgr̄ ciuitatis esse. nō q̄ oēs doceant. sz oīs q̄ docent p ipm̄ docent. Seqūt. In mōdo erat. Uñ aug. Lux q̄ illūinat oēm hoīem veniente in hūc mūdū huc veniet p carnē. q̄z cū hic esset p diuinitatē a stultis & cecis & iniq̄s videri nō pt. de quib⁹ supᵃ dictū est. Et tenebre eū nō coḡ/ uerūt. & iō dr In mūdo erat. Erat aūt in mūdo essentia diuinitatis tanq̄z regens & ꝓtinēs qđ creauit. & mūdus. i. vniuersitas creature. p ipm̄ factus ē q̄si p sapiam & artem artificis. i. patris nostri. Uñ ps. Oīa in sapientia fecisti. At mūdus. i. amator mūdi eū nō cognouit. s. p approbationē. q̄z seruiuit creature p̄ꝰ q̄z creatori. Sequit. In ꝓpria venit. i. mūdū qui suus dr. vtpote ab eo factus. vel inter iudeos q̄ sui erant ꝓpriū vt p̄ꝰ peculiaris. Vl' in naturā hūanā quā ꝑdidit & sibi vniuit vt omnes sanaret. & sui. i. quicq̄ hoīes ab eo conditi. vel ꝑcipue iudei cognati eius. eū. s. conditorem suum nō receperūt. s. p fidem & obedientiam. & creditur q̄ nulli receperunt eum. Ideo subdit. Quotquot autem siue iudeus siue gentilis siue paganus siue seruus siue liber siue pauꝑ siue diues siue masc'us siue femina

siue puer siue senex. receperūt eum p fidem ⁊ obedientiā. dedit eis eq̄r sine acceptione pso
nax. filios dei fieri p grām adoptois. Ex h
ptz q̄ natural̄r est filius dei factus ē natura
liter fili⁹ hois. vt sua ptāre filios hoim etiaz
faceret filios dei. Unde Gal. iij. c. Vos oēs
estis filij dei p fidem in xp̄o iesu. Sed q̄ pñt
amittere ius filiationis ⁊ hereditatis. iō dicit.
Dedit eis ptātē filios dei fieri. Nō dicit. fecit
eos filios dei. Et oñdēdo illud hortamur ad
studiū bōe vite. Sz q̄ri possz. q̄b data ē ptās
Iō subdit. His q̄ credūt in noīe eius. i. in re
noīs eius. Et cui⁹ noīs. Glo. Emanuel q̄d ē
nobiscū ds. q. d. His q̄ credūt xp̄m esse verū
deū ⁊ vez hoiem data ē hec ptās. Et licz sint
multi articuli q̄s credere oportz. iste tñ spāl̄r fa
cit filios dei. Cōgruū em̄ ē vt q̄ credūt filiuz
dei esse filiū hois. vt p̄ter dignitatē sue natu/
re quā in illo adorāt fiāt filij dei. Et quō hec
generatio distet a carnali ostendit euāgelista
subiūgens. Qui nō ex sanguinib⁹. q. d. Hi fi
lij dei nō generant sicut filij hoim ex cōmixtio
ne sanguinis. s. viri ⁊ mlris ꝓcupiscētia vtri
usq̄z mouētē. dic. Qui. i. filij dei nō ex sangui
nib⁹ maris ⁊ femine. neq̄z ex volūtate carnis.
i. ꝓcupia mlris carnē quā suā poluit. q̄ de vi
ro facta est. ⁊ adā de cua dixit. Hoc nunc os
ex ossib⁹ meis. ⁊ caro de carne mea. Sequit.
neq̄z ex volūtate viri. i. ꝓcupia viri. sed ex dō
nati sunt. Et ꝟbū caro factū ē. Aug. dicit q̄
oēs q̄ receperūt eū dedit eis ptātē vt filij dei
fiāt. ⁊ q̄ ex deo nati sunt. ne vob̄ incredibi/
le videret q̄si securitatē faciens ait. deū ex ho
mine nasci. q̄si di. Quid miraris hoīes ex dō
nasci. attende deū ex hoīe natū. Unde ait. Ver
bū caro factū est. i. filius dei factus est filius
hois vt filios hoim faciat dei filios ex vnio
ne dīnitatis ⁊ hūanitatis in vna ꝑsona. Et ha
bitabit in nob. i. in nr̄a natura. vel inter nos.
Baruch. iij. In terris visus ē ⁊ cū hoib⁹ cōꝫ/
satus ē. Et vidimus gl̄iam ei⁹ p vocē lapsaz
de celo. ⁊ p miracula cognouimus eū filiuz dei.
Unde addit. gl̄iam q̄si vnigeniti a p̄re. i. q̄lē de
cet vnigenitū p̄tis. ⁊ vidimus eū. i. cognim⁹
plenū gra ⁊ ꝟitate. i. oīs gr̄e fōtē ⁊ oīs bōitatis

De eodem. Sermo. XXI

Lux in tenebris lu
cet. ⁊ tenebre eā nō ꝓphēderūt. Joh.
i. c. In ꝟbis ꝓpositis notant duo. Primū ē
saluatoris nostri circa nos pctōres benigni/
tas. Secūdū est pctōz circa dei benignitatē
tarditas. Primū ibi. Lux in tenebris lucet.
Hcōm ibi. ⁊ tenebre eā nō ꝓphenderūt. Cir
ca p̄mū ē sciendū q̄ p lucē intelligit xp̄s. q̄ ait
Jobis. viij. Ego sum lux mūdi. Comparat
sūt luci ꝓpter similitudines mlras q̄s hz cū luce
Primo q̄ sic lux tenebras fugat ⁊ domū illu
minat. sic xp̄s luce gr̄e sue fugat tenebras pec
catoz ⁊ illūinat domū mētis. i. aiam. Jo. viij
Ego lux in mūdū veni. vt oīs q̄ credit in me
illūinet̄ p me. ⁊ in tenebris nō maneat. Ro.
xiij. Abiciamus ḡ opa tenebraz. i. pctā q̄ duc/
cūt ad tenebras ⁊ induamur arma lucis. i. bo
na opa q̄ ducūt ad lucē verā. s. ad xp̄m. vt in
dīe iudicij honeste ābulemus. Unde dns Job.
xiij. Qui seq̄t me nō ābulat in tene. sz hēbit
lumē vite. Sz heu q̄dā sunt q̄ magis diligūt
tenebras. Joh. iij. Lux venit in mūdū. ⁊ dile
cert hoīes magis tenebras q̄z lucē. Erāt ei opa
eoz mala. ⁊ q̄ male agit odit lucē ne arguant
opa ei⁹. ⁊ nō venit ad lucē. Sūt aūt tria gene
ra hoim q̄ lucē videre nō pñt. Peccata p tria ge/
nera aliū q̄ lucē videre nō pñt. i. noctua. ve
spertilio. ⁊ talpa. Noctua hz nimis de humo
ribus in cerebro. vt dicit Rabanus. ⁊ illi hūo
res fluūt ad oculos eius ex pñtia ⁊ fetore lucis
⁊ impediūt visū eius ne lucē videat. Verb̄ fcāt
luxuriosi q̄ excecant p libidinē suā ne vez lu/
men. i. deū. agnoscāt. Sic excecati fuerūt duo
senes q̄ in susannā exarserūt. de q̄b dr̄ Dan
xiij. Exarserūt in ꝓcupia ei⁹ ⁊ declinauerunt
oculos suos vt nō viderēt celū. neq̄z recorda/
rent iudicioz iustoz. Nota hystoriā ibidem
Per vespertilionē fcāt superbi. Vespertilio mus
ē ⁊ q̄drupes aial vt alia aialia ⁊ sup alios mu
res se extollit volando. sic superbi cuz sint hō sicē
alius hō. ⁊ sit de eadē terra factus ⁊ ad eandē
terrā rediturus. tñ vult se extollere sup alios
nō videns fragilitatē suā. nec agnoscens poten/
tiā diuinā opponit se deo. Unde Greg. Cū oīa
vicia fugiāt deū sola superbia opponit se deo. ⁊
h̄ est maior cecitas q̄ superbi nō cognoscit deū. ⁊ ei
se opponit. nō aduertēs q̄ ipm ad nihilū redi/
gere possit q̄n vult. Sic excecatus fuit sennache
rib q̄ obsedit hierl̄m ⁊ dixit q̄ ds deoz n̄
esset ira potens q̄ posset eos liberare de manu
sua. Et adez nocte pcussit dns de exercitu suo.
lxxv. milia viroz. ⁊ ipse reuersus est in terrā
suā. cū orare in tēplo dei sui bestath pcussus
est a filijs suis. ij. Paral. xxxij. Per talpā in
telligunt auari q̄ diligūt terrena. Talpa enī
habitat in terra ⁊ nō venit ad lucē. hz enī ocu
los sub cute ⁊ nō vider. sic auar⁹ totū studiū
suū ponit ad ista terrena ⁊ hz oculos sub cute
q̄ ista talia ⁊ terrena respicit ⁊ nō supiora.
Istud aūt figuratū ē Job. ij. vbi dr̄. q̄ ster/
cora byrundinū ceciderūt sup oculos thobie
⁊ cecus factus ē. Per thobiā q̄ instituat ꝓ/
ctus ad luctū fcāt auarus q̄ sustineat ꝓpter
luctū in pñti vita p̄ntinuā curā. in futura ꝓ/
dānationē ꝓpetuā. Per stercora byrūdinum
fcant bona talia. Lux illō Phil. iij. Oia ar
bitroz vt stercora vt xp̄m lucrifaciā. Ista sic
replent oculos auari interiores q̄ nō videt deū

creatorē suū. nec cogitat se moriturū. Sic cogitauit ille diues q̄ execratus fuit intrm̄ q̄ dixit aie sue. Lu. xij. c. Alia mea bēs ml̄ta bona posita i annos pl̄imos. requiesce. comede bibe ⁊c. et dixit et dñs. Stulte hac noc. demões repetiaz tuā a te. q̄ congregasti cui⁹ sūt vel erūt. Et factū est ita. Ecce ergo tū auaricia excecat hoiem q̄ nō cognoscit mortē nec fragilitatē suā. Exemplū legit̄ de q̄dā vsurario q̄ cū iaceret i agone. et sacerdos eū iungeret oñdit sibi signū crucis. q̄rēs si cognosceret imaginē dñi nr̄i ie su xp̄i p se crucifixi. Rñdit. nō cognosco illū ligneū iesum. sz istū argēteū quē i cista teneo p vadio repositū. et sic i tali cecitate miserabiliter mortuus est. ⁊ dānat⁹ eternaliter. ℣ Scdo xp̄s ꝑ̄ luci p aliā similitudinē. Aux statim cū apit fenestra vel ostiū domū subintrat ⁊ illuminat eā. sic dñs statim cū apit dom⁹ ꝓscie p ꝓfessionē intrat ⁊ illuminat eā. Apoc. iij. Ego sto ad ostiū ⁊ pul. si q̄s ape. intrabo ad il. et cenabo cū illo. Et h̄ est qđ dic̄ spōsa Cañ. v. Pessulū ostij mei aperui dilecto meo. et ecce declinauerat se. i. deint⁹ inclinauerat. q̄si expectās aperui sibi. q̄ paratus erat intrare. ipe sp paratus est nobiscū ee. sz nō sumus parati ipm recipere. q̄ ipe dic̄. pu. viij. Delicie mee ee cū filijs hoim. Uñ de illis Cañ. ij. Capite nobis vulpes. i. pcōz nr̄oz. q̄ pcā nr̄a sūt pietes inter deum ⁊ nos. ⁊ diuidūt nos a deo. sic dr̄ Esa. lix. Pedes iniquitates vre diuiserūt inter deū ⁊ vos Retro huc parietē stat dñs respiciens p fenestras aspiciēs p cācellos. Per fenestras scām magna pcā. p cancellos pua. p hec respicit si aliquā apturā poterit inuenire p quā intret. qui aūt dño pulsante nō apuerit. in futuro pulsabit ⁊ nō apiet ei Luc. xiij. Cū intrauerit pr̄familiaz ⁊ clauserit ostiū. incipietis foris stare ⁊ clamare. Dñe dñe api nobis. Et rñdebit. Nescio vos. ℣ Tercio xp̄s ꝓparat luci. q̄ lux cōmunis est oib. Act. x. Nō est acceptor ps̄onarū d⁹. sive sit paup sive diues ⁊c. Quicūq; eū inuocauerit ipe patus est. lumen gr̄e sue sibi imp̄tiri. Mat. v. Solē suū oriri facit sup bonos ⁊ sup malos. et pluit sup iustos ⁊ iniustos gratiā suā ⁊ misericordiā. Nullū peccatorem spernit cōtumcū q̄z feridū. Legit̄ q̄ q̄dā mulier q̄ mltis annis publica meretrix fuerat q̄dā die vidit deportari corp⁹ xp̄i in pixide. et cepit cogitare. heu me misera quō ausa sū stare in ꝓspectu illi⁹ q̄ oīa pcā videt. quē tm̄ offendi. q̄ tantū ꝑ me sustinuit. Lande cogitabat q̄ q̄dā audierat p̄dicare q̄ de⁹ esset oīb⁹ cōis exō in diuersorio i via nasci voluit vt oībus se cōem exhiberet. ⁊ iō i cāpo crucifigi ⁊ mori voluit. q̄ ipe est flos campi. et ab oībus capi p̄t. et hec cogitās ꝓpuncta est. cucurrit cum lachrymis ad sacerdotē. et cecidit in luctū añ pedes eius ⁊ ait. Dñe Jesu xp̄e q̄ q̄ salutē pcātōz natus es de maria virgine [illegible] misserere mei peccatrici sm̄ magnā miam. Et rñdit vox de pixide. vade filia dimissa sūt tibi oīa pcā tua. et ampli⁹ noli peccare. et tibi factū est. Adhuc sunt alie cause q̄re xp̄s cōparatur luci. Redre sabbato añ dñicaz Judica.

Dñica infra octauas natiuitatis

Sermo XXII.

Quoniā estis filij dei misit deus spiritū filij sui in corda vra. ad Gal. iiij. In ꝟbis istis notāt duo. Primū est hoīs dignitas. ibi. Quoniam estis filij dei. Scdm est dei liberalitas. ibi. misit deus. Dignitas ptz in hoc q̄ hō pōt fieri filius dei si vult. Sciendū aūt q̄ multa sūt q̄ faciūt hominē filiū dei. ℣ Primū est fides. Joh. i. Dedit eis ptātem filios dei fieri his q̄ credūt in noīe eius. ad Gal. iij. Oēs filij dei estis p fidē in xp̄o ie su. Si aūt filij dei sumus ⁊ heredes. Qui aūt nō credūt in eū. sicut iudei ⁊ pagani sunt filij diaboli. et possidebūt hereditatē patris sui qñ dicet eis. Ite maledicti i ig. eter. ⁊c Filij aūt dei sūt q̄ credūt eū fcm̄ ee filiū hoīs. Sic nos possem⁹ fieri filij dei. et possem⁹ hereditatē celestē possidere qñ dicet nobis. Venite bñdicti ⁊c. ℣ Secundū qđ facit hoiem filiū dei est mia. Ipe em̄ est p̄ misericordiaz sic dicit ap̄ls. ij. Corint. i. Benedict⁹ deus et p̄ dñi nr̄i ie su xp̄i pater misericordiaz. Et iō filij eius debēt esse misericordes. Uñ Lu. vi. Estote misericordes sic et p̄ vester miser. est. Eccl. iiij. Esto pupillis misericors vt p̄. et pro viro mr̄i illoz. et eris tu altissimi filius. et tunc inuenies miam coram p̄ze celesti. Mat. v. Bti misericordes qm̄ ipi miaz ꝓsequent. Sed im misericordes nō inuenīet miam apud p̄z celestē. Uñ dixit diues i penis exñs. Pr̄ abraā miſere mei. et rñdit ei. Fili recordare q̄ accepisti bona i vita tua. q. d. Nō vocas me p̄z sz nō potes me⁹ mō ee filius. Sz recordare q̄ filius ee potuisses si miaz paupi lazaro exhibuisses. ℣ Terciū qđ facit hoiem filiū dei est turbatio. puer. iij. Quē diligit d⁹ corrigit. et q̄si p̄ in filio cōplacet sibi. Deb. xij. Quē diligit dñs castigat. flagellat et oēm filiū quē recipit. Uñ Aug⁹. Si excepti⁹ es a passione flagellū. exceptus eris a nūo filioz. Noli g̃ in inicio sensu esse ⁊ puerili vt dicas. Plus amat pater me⁹ fratrē meū cui pmittit facere quicqd vult q̄z me. q̄ si me semel mouere ꝓtra ei⁹ iussionē statim flagellū inuenirē. sed potius gaudeas flagellis. q̄ tibi seruat hereditas. illis ad tempus parcit q̄s ineternū damnabit. Nō time ergo flagellari sz exhereditari. Unde Sre. Nisi correctis deus hereditatē dare dispone ret. erudire eos p molestias nō curaret. puer.

Filiū. Qui parcit virge odit filiū. Qui aūt diligit illum instanter erudit. Apoc. iij. Ego qs amo arguo t castigo. Deus filios suos nō parcit qbus seruat hereditatē. Sed qbus hereditas non debet. illis parcit. illi psperant. Bre. Ideo em dns qbusdā pcit vt imperpetuū feriat Ideo hic ferit nō pcendo vt imperpetuū pereat. Nō ogeramur gō verbere dū habeam eterna pmia in retributōz. Legit de qdā scō patre q singulis annis ogsueuit infirmari. turbatus est i vno anno dū nō infirmaret. et dixit. modo deus oblitus est mei. qz nō visitat me sic cōsuetus fuit. Et rogauit dnm vt visitaret eū. et iterū egrotauit. ¶ Quartū est dilectio inimicoz. Mat. v. Diligite inimicos vestros. bñfacite his q vos oderūt. orate p psequentib⁹ t calumniātib⁹ vos vt sitis filij patris vr̄i q in celis est. q solē suū oziri facit sup bonos t malos. et sup amicos t iimicos. Et ideo ōz. i. Jo. iij. In hoc manifestati sunt filij dei et filij diaboli. Dīs q nō diligit fratrē suū et deo nō est. i. Jo. iiij. Qui aūt diligit fratrē suū ex deo nat⁹ est. Deus em tm dilexit inimicos suos q pter eos sustinuit mortē in cruce et p eis eroabat patrē dicēs. Pater ignosce illis qz nesciūt qd faciunt. ¶ Quintū est pax. vñ Mat. v. Bti pacifici qm filij dei vocabūtur. Ideo dixit dns ad dauid. i. Paral. xxij. Filius q nascet tibi erit vir quietissim⁹ t pacificus vocabit. Ipe erit mihi in filiū. et ego ero illi in patrē. Qñ em filius silis est pri. boc p uocat patrē ad dilectionē filij. Cū aūt deus sit pacific⁹ diligit filios pacificos. Pacifici aūt nō pnt esse q in mortalib⁹ pctis sunt. qz vbi ē lesa oscia ibi nō est pax. Esa. lvij. Nō est pax impijs dicit dns. et vbi nō est pax ibi nō habitat dns. qz in pace factus est locus ei⁹. Vñ apls. ij. Coz. xiij. Pacē habete t deus pacis t dilectōis erit vobiscū. ¶ Sextū est castitas siue mundicia. Vñ apls. ij. ad Corint. vi. Im mundū ne tetigeritis t ego recipiā vos. et ero vobis in patrē. et vos eritis mihi i filios t filias dicit oipotens dns. Dns em cū sit mundus nō vult hre immūdos filios. Vñ monet nos apls Ephe. v. Estote imitatores dei sic filij charissimi. Vñ dns Johannē euangelistā matri sue filiū assignauit pter castitatē suā qñ dixit. Mulier ecce filius tuus.

Textualis expositio

Grant pater iesu scz Joseph pater putatiuus. et mater eius mirāte sup his q dicebant de eo. s. ab angelis t pastoribus. et a symeo ne. t bñdixit illis symeon. t hoc fuit factū quādo obtulerūt puerum in templū qdragesima die scz in die purificatōis, tunc benedixit illis symeon. scz maria et ioseph. Et dixit ad Mariā matrē eius. Erat aūt pheria qdā dixit. Ecce posit⁹ est hic s. xps in ruinā infidelium. et in resurrectōz multoz in israel credentiū. Vel sic. in ruinā stantium. i. stare putantiū. sic scribarū t phariseorū. et resurrectōz cadentiū. i. se cecidisse cognoscentiū. Mat. ix. Nō veni vocare iustos. i. illos q se iustos reputāt. sz pctōres. i. illos q se pctōres recognoscūt. Sequit. et in signū cui cōtradicet Positus est iste xps in signū federis et recōciliationis inter deū t hoiem. Esa. vij. Dns ipe dabit vobis signū. Ecce vgo ocipiet t pariet filiū. Huic signo ocradicūt oēs increduli. s. iudei pagani et heretici. Deinde pheranit de passione dicēs. Et tuā ipi⁹ aiam ptransibit gladius. q. d. Gladius ipius. i. dolor ip⁹ passionis quā oculis tuis videbis. ptrāsibit aiaz tuā. Nō ei potuit tā dilectū filiū crucifigi videre sine mag cordis dolore. Vñ ōz. dolores qs effugit maria filiū suū pientes hos sustinuit ipm morti vidēs. Deinde sub dit cāz ipi⁹ passiōis dicēs. vt reuelet ex multoz cordibus cogitatōes. Crucifixo ei dño peccatores inic iudeoz cogitatōes. q vsqz buclature runt i cordib⁹ ipoz. Ante incarnatōz em xpi oēs messiā expectauerūt. sed ipo nato q daz ei adheserūt. qdā respuer. et ita pue cogitatōes eoz reuelate sunt in passione xpi. Vel sic. positus est hic. s. xps. i. ad hoc venit vt reuelent ex multis cordib⁹ cogitatōes antiqueoz patrū q latebāt in sacris scripturis. qz qd expectabant tūc manifestatū fuit. Sequit. Et erat ibi Anna pheti[illegible] filia phanuel de tribu Aser. et vna erat cū viro suo annis septē a virginitate sua Dec pcesserat in dieb⁹ suis. i. pfecte etatis fuerat. et vixerat cū viro suo annis septē a virginitate sua. i. a tpe virginitat[illegible] amisse. Et hec vidua erat ad annos octogintaqtuoz. q nō discedebat de tēplo. i. circa templū frequēs erat. Nō est intelligendū q ip̄ in tēplo fuit sed frequenter. ieiunijs t oronib⁹ seruiēs die ac nocte. nō q in tēplo dormiret. sz seruiebat die ac nocte. i. assidue. Et hec pheti[illegible] anna ipa hora supuenit. qñ scz maria t ioseph pueru ob tulerūt in tēplo. superueniēs inq̄ ofitebat domino. i. laudabat dnm. et loqbat de illo oib⁹ q expectabāt redemptionē israel. nō solū tpalem a tyranide herodis. sed etiā spirituale a tyranide diaboli. Et vt pfecerāt oia fm legem dni offerentes. s. pueru. et supple ad admonitionē angeli fugerūt in egyptū. fm aliū euangelistā. vbi septē annis mansērūt. et tandem moriri p angelū reuersi sunt in nazareth ciuitatē. De hac fuga Lucas pter mittit sz matheus plenius poīt. Puer aūt crescebat corpe. natura diuina sapiaz pticā reuelabat. ofortabat inq̄ plenius sapiā. et gra dei erat in illo.

De eodem Sermo. XXIII.

Duplice potestatē oñdit dn̄s in isto paliticо s. ꝙ ei peccata dimisit z eū ab infirmitate sanauit. Un̄ notandū ꝙ dn̄s oñdit prātem suā mūdū ingrediens. in mūdo viuens. de mūdo exiens. z oñdet ad iudiciū veniens. Primo oñdit potentiā suā mūdū ingrediens in hō ꝙ ꝛ cursum nature virginē sine viri ꝓsortio secundauit. De hac prāte dixit beata virgo q̄n filiū dei ꝓceperat. Magnificat aīa mea dn̄m. Et sequit. Quia fecit mihi magna q̄ potens est. Lu. j. q. d. Tam magna q̄nta mihi facta sunt nullus potuit facere mihi nisi oīm potēs deus q̄ sup oīa potens est. Glo. Nil meis meritis attribuo sz meā magnitudinē ad illū refero q̄ essentialiter potens ē. q̄ de puis magnos. ō infirmis fortes facere pt. Aug. Magna tibi fecit virgo benedicta. vt tu creatura ederes creatorē. famula dn̄m gn̄ares. vt p te deus mundū redimeret. p te mundū illumīaret. z p te hoīez ad vitam reuocaret. Vere magna dei potentia. q̄ p infirmā virginē potent mūdū ō diabolica prāte liberauit. Hāc prātē ꝓpha in ꝓsona generis hūani multo tpe posthulauerat nobis mitti dicēs. Excita dn̄e potentiaz tuā z veni vt saluos nos facias. Hāc potentiam huius pueri cognouerūt angeli. z iō in ortu suo Glīa in excelsis deo decantabant. Similiter irrōnabilia aīalia vt bos z asinus flexis genibus ante p̄sepe adorauerūt iuxta illud Esa. j. Cognouit bos possessorem suum z asinus p̄sepe dn̄i sui. Item vinee endgaddi que illa nocte floruerūt z fructum ptulerūt. Item magi z reges q̄ eius stellā vidētes z de longinq̄s ptib⁹ venientes ip̄m tanq̄ deū adorauerūt z tanq̄ regi munera obtulerunt. Potestas em̄ huius pueri ostensa est in vaticinio sibille. sicut attestat Innocenti⁹ papa tercius. Octauianus dū vniuersum mundū romane ditioni subiugasset. intm̄ senatui placuit vt eū ꝓ deo colere vellēt. Tūc ille Sibillā ꝓphetissam aduocans. quesiuit si aliquis potentior z maior eo nasciturus esset. Cū aūt dies ntīatī aduenisset. s. xp̄i. in media die circulus aureus apparuit circa solē. z in medio circuli virgo pulcerrima puerū gestans in gremio. Tunc sibilla hec videns. cesari ait. Hic puer maior z potentior te est. ideo ip̄m adora. Tunc ꝓcepit rex ne aliquis eū deū noīaret. z vt nullus adorarē nisi puer iste. Sic ptz potentia dn̄i. s. mundū ingredientis. Secūdo ostendit potentiā suam omnib⁹ diebꝰ suis in mūdo viuens ꝓ hoc ꝙ multa mirabilia fecit que nullus alius facere potuit. Un̄ ait ei Nicodemus Joh. iij. Magister scimus qz a deo venisti. Nemo em̄ potest hec signa facere z̄c. Signa z mirabilia q̄ p diuinā potentiam in terra opabat longum z tediosum esset enarrare. sed vnū qđ in euangelio hodierno tangit ad ꝓsolationē oīm peccatoꝝ diligenter debemus notare. ꝙ. s. hz potestatē in terra dimittē dīcta. z hō oñdit p mānifestū signū q̄n ait paliticо. Tibi dico surge. tolle lectū tuum z ambula. Itez q̄n sanauit ydropicū in corpe quē ꝓpus sanauerat intus in aīa. Istud est manifestū signū. Un̄ ait de paliticо. Ut aūt sciatis qz filius hois habet prātē in terra dimittendi

peccata sup̃ple. ꝓterea ĩstum manifeste cor̃ā
oĩ̃ibꝫ vobis sanabo. Tūc ait paltico. Tibi
dico surge. tolle lectū tuū ꝛ vade in domum
tuā. ꝛ stati͂m sanꝰ surrexit. Et notabil'r dicit in
tra posse dimittere pcā. qz nec in celo nec in ĩ
ferno pcā dimitti pñt. In celo nō dimittitur
pcm̃ qz ibi nō ꝑmittit. q̃ ātibi ꝑmisit pcm̃
s. lucifer ꝛ socij ei⁹ remissionē ꝓsecuti nō fuer.
sz tanꝯ fulgur de celo in infernū ceciderūt. s.
in ꝓfundū inferni. Azeb. xxviij. Replera sūt
interiora tua inebriare ꝛ peccasti. ꝛ eieci te de
monte dei. ꝛ pdidi te o cherub. Hoc multū ti
mendū est pctoꝛibꝫ. si eĩ̃ angelis nō pepercit
peccantibꝫ nō pcet hoĩbꝫ peccantibꝫ nisi peni
tentiā egerint. sz ei͂ciet eos sicut eiecit diabo/
lū. Unde dicit dñs terribile verbū peccatoꝛibꝫ.
Azech. xj. Gladiū metuistis ꝛ illū educā sup
vos. ꝛ eti͂ciā vos de medio eius. ꝛ dabo vos
in manus hostiū. Per gladium ꝓcat vltima
sn̄ia. qñ dicet. Ite maledicti in ig. eter. q̃ parꝰ
est diabolo ꝛ angel' ei⁹. Ite gladiū istū vibra
bat angelus ꝑ ꝑmos gentes qñ expulit eos ō
paradiso ꝓpt inobedientiā. Sic pz q̃ in celo pcā
nō dimittūt. Nec ĩ inferno. qz ĩ iferno nulla ē
redēptio. Sic pz in diuite epulone. q̃ cū esset
in inferno clamabat ad abraā vt sui miserere
tur. ꝛ mi͂am nō inuenit. Lu. xvi. Patet etiaz
in b̄ q̃ cū dñs ad infernū descendebat. nullus
q̃ cū pctō moꝛtali descenderat inde liberatus
fuit. ꝛ etiā nō liberauit eos q̃ fuerūt in inferno
sz illos q̃ fuerūt in limbo inferni. Unō nec in
celo nec in inferno pcā dimittūt. sz q̃diu su/
mus in terra. i. in b̄ sec'o remissionē pcoꝝ in
uenire possumus. ꝛ b̄ q̃uenit ex potentia dei
q̃ hz ptātē in terra dimittendi pcā. Math.
xvj. Quōcuꝯ ligaueris sup terrā ⁊c. Pctm̃ ei
tātū ligat hoĩem vt sua ptāte solui nō possit
nisi adiuuet eū diuina ptās. Osee. xiij. Perdi
tio tua isr̄'l ex te tm̃mō ex me aūt auxiliū tuū.

Tercio oñdit dñs potentiā suā de mūdo
egrediens. qz ptātē habuit emittendi aiaz qñ
volebat. ꝛ recipiendi qñ volebat ꝛ mittēdi q̃
volebat Job. x. Nemo tollet aiaz meā a me.
sz ego ponā eā a meipso. qz ptātē habeo ponē
di aiam meā ꝛ iteꝝ sumendi eā. Glo. qñ vo/
lo. ꝛ ptātē habeo iteꝝ sumēdi eā. Glo. tercia
die. Esa. liij. Oblatus ē qz ipse voluit. qz in
sua ptāte fuit qñ mori voluit. ꝛ b̄ ptz in b̄ qz
inimicis suis obuiā uit. ꝛ vno ꝙbo ad terraz
pstrauit eos. Patet etiaz ex b̄ qz petro dixit.
Conuerte gladiū tuū in vaginā. an putas q̃
nō possum rogare patrē meū ꝛ exhibebit mi/
hi pluſꝯ. xij. legiones angeloꝝ. Mat. xxvj.
Ite in b̄ q̃ cū aiam suam tradere vellet voce
magn̄ clamauit di. Pr̄ in manus tuas cōmēdo
spm̃ meū. qō nullus hō facere pōt. Non eĩ̃ ē
in ptāte hoĩs ꝓhibere spm̃. nec habz ptātē in
die moꝛt̄ emittendi spm̃. Eādē etiā aiam po
tenter ad infernū misit. ꝛ oēs suos inde potē
ter liberauit. Uñ dixerūt diaboli. Quis ē iste
rex gl'ie. Et rñderūt angeli q̃ cum ipso erant.
Dñs fortis ꝛ potēs. Aug. Nox vt xp̃s spm̃
tradidit vnita sue deitati aiā ad infernū ꝛ ꝓ
funda descendit. Cūꝯ tenebraꝝ terminū qsi
q̃dā ꝓliator splēdid⁹ ac terribil' attigissz aspi
cientes eū ipm̃ ac tartarei legiones terrui incḧrere
ceperūt dicentes. Uñ ē iste q̃ ē tā terribil'. tam
splendid⁹. tā ꝑclarus. q. d. Mūdus ille q̃ no
bis subditus fuit nūꝯ nob talē moꝛtuū mi/
sit. Quis est ḡ iste q̃ sic intrepidus nr̄os fines
ingredit. ꝛ nō solū nr̄a supplicia nō veref. ve
rū etiā alios de nr̄is vincul' absoluet. Bre. na
zārenus. Cōfestim eterna lux inferoꝝ xp̃o de
scendēte resplēduit. mox ferruginei ianitores
talia intra se vmbrosa silētia metu recūbente
submurmurabāt. Quis ē iste terribil' ꝛ numio
splendore chorusc̄ans. Nūꝯ talez nr̄ accepit
tartarus. nūꝯ in nr̄az cauernā talē euomuit.
mōs. Inuasor ē iste. nō debitor. nō pctōr. sz p̃
dator. Judicē videmus nō supplicē. venit pu
gnare. nō succūbere. cripe. nō mācre. Postq̃
aūt ibi suā ptātē exhibuit. tercia die aiam suā
resūpsit ꝛ poteter a moꝛtuis resurrexit. s. ꝑpa
ꝓtute Job. x. Ptātē habeo ponēdi aiaz meā
ꝛ iteꝝ sumēdi eā. Hāc ptātē pdiderat iudeis
di. Soluite tēplū b̄ ꝛ in triduo excitabo illū
Jo. ij. Hoc aūt dixit de tēplo coꝛpis sui. Nec
ptās etiā apparuit in b̄ q̃ in hora resurrectōis
terremotus factus ē magn⁹. ꝛ custodes sepul
cri facti sunt velut moꝛtui. Sic patz ptās xp̃i
quā oñdit moriēs. Quarto oñdit ptātē suā
ad iudiciū rediēs. Jo. v. Ptātē dedit ei iudi
ciū facere qz filius hoĩs ē. Aug. i glo. Ptātē
qua hz filius cū pr̄e in occulto dedit pr̄i. qz
filius hoĩs ē. In q̃ forma iudicās bonis ꝛ mal
videbit. Lu. xxj. Uidebūt filiū hoĩs venien
tē in nube cū ptāte magā ꝛ maiestate. In signū
potētie sue veniet cū tuba sic ꝓncipes ꝙpoten
ter ingrediūt terras inimicoꝝ suoꝝ. Math.
xxiiij. Mittet angelos cū tuba ꝛ voce magā ꝛ
ꝙgregabūt electos. Glo. cū reꝓbis. a q̃tuoꝛ
ventis celi. i. a q̃tuoꝛ finibꝫ tre. oriēte. occidēte.
aq̃lone. ꝛ austro. Crisō. Q̃ magn̄ erit illa voꝛ
ꝛ terribilis cui obediūt oĩa elemēta. q̃ petras
scindit. inferos frāgit. monumēta aperit. vin
cula moꝛtis dissoluit. ꝛ vniuersos moꝛtuos re
surgere facit. ꝛ ad iudiciū venire ꝙpellit. Adco
terribil' erit voꝛ illa reꝓbis sic dicit beatus
Aug. q̃ mallēt oĩa tormēta inferni sustinere
q̃ illā vocē tūc audire. Tūc dicēt mōtib⁹ ca/
dite sup nos ⁊c. De illa voce tube dicit btūs
Hier. Siue comedā siue bibā siue aliq̃d aliō
faciā sp videt auribꝫ meis insonare illa voꝛ
terribil'. Surgite moꝛtui ꝛ venite ad iudiciū
Cū aūt ita potenꝫ venerit potenꝫ malos ꝙde
nabit di. Ite maledicti ⁊c. De hac ptāte dicit

Mat.x. Nolite timere eos q̄ occidūt corpus ꝛc. timete eū q̄ postq̄ occiderit corpus hz potestatē aīam mittendi in gehennā. ꝛ hz prātē bonos mittendi in vitam eternam. Legit.ij. Mach.vij. Cū rex antiochus septē frēs puniret q̄ntus eoz dixit ei. Potestatē int hoies habes. cū sis corruptibilis fac q̄d vis. Noli aūt putare genus nostr̄ a deo esse derelictuz. tu aūt patienter sustinebis ꝛ videbis magnā prātē ipsius qualiter te ꝛ semē tuū torquebit. Dicit em̄ nunc sīē hz Sap.vi. Potētes potēter tormenta patientur. A potente. i. a iudice q̄ hz prātē eos mittere in gehennā. Un Job. xxij. Pater dedisti filio tuo potestatē oīs carnis. s. sup oīe genus hūanū. vt oīe q̄ dedisti ei det eis vitam eternā. Hoc erit q̄n dicet. Uenite bñdi. pa. m. pci. reg. q̄. vo. pa. est ab origine mūdi. Ad q̄ p̄ducat nos ꝛc.

De sancta trinitate. Sermo. CVI

Gratia domini nostri ihesu xp̄i ꝛ charitas dei p̄r̄is ꝛ cōicatio spūssancti sit sp cū oīb̄y nobis. ij. Corinth. In verbis ꝓpositis ꝓponit nobis apl's bñficia sancte trinitatis. scz patris ꝛ filij ꝛ spūssancti nobis exhibita vt ea in mēoria habeamus ꝛ nō obliuiscamur. Proponit aūt nobis apl's filiū in istis ꝙbis nō sine cā. Facit em̄ b̄ ꝓpter errorē q̄rūdā hereticoz q̄ dixerūt filiuz minorē esse p̄re q̄ falsum est. Ut autē oñdat filiū patri equalē. iō aliq̄n postponit aliq̄n ꝓponit. Jō nos ad honorē sctē trinitatis aliq̄d dicere cupientes ꝓmo de p̄re. secūdo de filio. tercio de spūsancto pseq̄mur. Ordinemus q̄ sic ꝛstructionē. Charitas dei p̄r̄is quā nobis exhibuit sit sp cū oīb̄y nobis. s. p iugē mēoriā in corde. p grāz actionē in ore. factz in bona opatione. ꝛ gr̄a dñi nr̄i ihesu xp̄i quā nobis exhibuit. ꝛ cōicatio spūssancti sit sp cū oīb̄y nob̄ Circa ꝓmū notandū q̄ charitas dī p̄r̄is ꝓsistit in trib̄y. Prio in b̄ q̄ ꝓpter nimiā p̄uaricationē ꝓmi pentes ita elongati fuerūt a deo q̄ etiā nos sumus elongati a ꝺo ꝛ expulsi a paradiso ꝛa gl̄ia celesti. ad quā ipse nos creauerat. Ipse tñ misertus nr̄i cū p nullū reduci posse/mus charitatē ꝑpetuā quā ad nos habuit nobis oñdit ꝛ nos ad se traxit. Unde ait Hier. xxxi. In charitate p̄petua dilexi te ꝛ iō attraxi te miserans. Et nō solū attraxit nos. sz adhuc cū ab eo recedimus p charitatē nos retrahit sīē p̄r suū dilectū filiū. Hoc est q̄ xp̄s dixit Joh.vj. Nemo p̄t venire ad me nisi p̄r q̄ misit me traxerit illū ꝛc. Quō aūt p̄r nos trahat oñdit ꝓpha Osee.xj. In funiculis adam trahā te. i. vinculis charitatis. Funiculi adaz sunt flagella. tribulatiō. fames sitis ꝛc. Isti dicunt funiculi adā. q̄ ꝛ p illa flagellatus fuit adā ꝓpter pctā sua. ꝛ tractus p pnām ad deū. Talia dicunt vincula charitat̄. q̄ talis īmittit p̄r celestis filiis suis ex charitate. sicut dicit Heb.xij. Quem diligit castigat. flagellat em̄ oēm filiū quē recipit. Exemplū in filio p̄digo qui recessit a p̄re. sed vrgente necessitate famis redijt ad p̄rem. Istaz charitatē patris in mēoria hre dēmus ꝛ sic gr̄as referre. iuxt illud Eph.v. Grās agentes sp ꝓ oīb̄y. Glo. nō solū ꝓsperis sz etiā ꝓ aduersis grās agere dēmus. Sicut btūs Job q̄ postq̄ p̄diderat oīa dixit Dñs dedit dñs abstulit. Job.j. Sit nomen dñi bñdictū. Scdo oñdit nob̄ suā charitatē in b̄ q̄ p redimēdis nobis filiū suū dedit. Joh.iij. Sic ds dilexit mūdū vt filium suū vnigenitū ꝛc. Hre. O inestimabilis dilectio charitat̄ vt fuū r̄dimeres filiū tradidisti Uere magē eēt p̄ncipis caritas ad fuū si traderet filiū suū i captiuitatē vt fuū liberaret. sz maior si traderet in mortē. q̄ fecit p̄r celestis. j. Joh.iij. In b̄ apparuit charitas dei in nobis q̄m vnigenitū suū misit in mūdū vt viuamus p ipm. i. p mortē eius. Istā etiā charitatē debemus hre in corde nr̄o vt eū verissime diligamus. ex q̄ ipse ꝺo dilexit nos. Nihil requirit a nob̄ ds nisi q̄ eū ex toto corde diligam⁹ Ipse em̄ ꝑm p̄s. bonoz nr̄oz opatione nō indiget. sz tm̄ cor nostr̄ desiderat. Prou. xxiij. Fili p̄be mihi cor tuū. ꝛ illō mat. xxij. Diliges dñm deū tuū ꝛc. Quātū ad intellectū ex tota aīa tua. q̄ntū ad affectū ex tota mēte tua. q̄ntū ad ꝓtinuā ipsius mēoriā sp ponit totū vt nihil remaneat q̄d ad amorē dei p̄r̄is nō cōuertat. Tercio ds p̄r exhibuit nob̄ suā charitatē in b̄ q̄ nō solū nob̄ filiū suū tradidit. sed etiaz q̄ nos in filios adoptauit. j. Johis. iij. Uidete q̄lem charitatē dedit nobis p̄r nr̄ vt filij dei nōemur ꝛ simus. Gal. iij. Oēs vos filij dei estis p fidē in xp̄o ihesu. Si aūt sum⁹ filij dei erimus ꝛ heredes regni celestis. sicut ꝺr. j. Joh. iij. Charissimi nūc filij dei sumus. ꝛ nōdū apparuit nobis q̄d erimus. scim⁹ q̄m cū apparuerit sīles ei erimus q̄n videbimus eū sicuti est. Istā etiā charitatē dēmus hre in mēoria q̄ filij dei sum⁹. ꝛ q̄ p̄nitatē nō amittamus ꝛ tāq̄ adulteri filij ab hereditate non amoueamur. j. Joh. ij. Filioli manete in eo vt cū apparuerit hēamus fiduciā ꝛ nō ꝛfūdamur ab eo in aduētu ei⁹. ꝛ sic ptz charitas dei patris. Scdo dēmus hre in mēoria grām filij quā nob̄ exhibuit. q̄ triplex ē. Prio q̄ p nob̄ hūanā assumere voluit naturaz. De hac ꝺr Lu. j. Aue gr̄a plena ꝛc. Uere magē fuit gr̄a q̄ voluit filius altissimi tātū se hūiliare q̄ hō fieri voluit ꝛ se exhibuit nobis. Cū em̄ p̄r ꝛ filius ꝛ spūssanctus ꝙiliū hrent q̄s eoz humanitatē accipe deberet. sīē ꝺr Esa. vj. dixit ds p̄r ad filiū ꝛ spm̄sctm̄. Quē mittā ꝛ quis

ibit nob. Rñdit filius. Ecce ego supple pſto sum. mitte me. Illã grãm dẽmus hre in cor/de. z ei sedulas grãs referre. ¶ Scõo ostẽdit grãm in b̃ q̃ paup fieri voluit in tpe. vt nos ditaret in eternitate. sic ọ̃r. ij. Cor. viij. Scitis grãm dñi nr̃i iesu xp̃i qm̃ cũ esset diues p nob̃ egenus factus ẽ vt illius inopia diuites essemus. Et hec fuit gr̃ia magna q̃ dñs celi z terre pauprimus hoim factus ẽ vt nos ditaret z ad celestia regna reuocaret. qz in b̃ q̃ frater noster factus est. nos heredes eius facti sumus. Vñ apl's ad Tytũ. iij. Apparuit bũanitas z benignitas saluatoris vt iustificati gr̃a ipius heredes simus ſm spẽ vite eterne. Istã grãm. s. vt nos ditaret factus est paup sp ọ̃r bõ hre in mẽoria. sicut monet Areñ. iij. Recordare pauptat̃ mee. quã. s. p te sustinui. vt z nos versauice libenter sustineamus xp̃e eũ pauptatẽ. Ber̃. Magna abusio z nimis magna q̃ diues vult fieri miser vermiculus p q̃ ds maiestat̃ miser factus ẽ. Si vis loqui de pauptate xp̃i. Redre in ſmõe de ntitate eius. s. Paruulus natus ẽ nob. ¶ Tercio oñdit nobis gr̃iã suã in b̃ q̃ ꝓpter pctã nostra mori voluit vt nos saluos faceret. Ro. iij. Oñs em̃ peccauerũt z egẽt gr̃a dei. iustificati gratis p gr̃am ipius. p redẽptionẽ q̃ est in xp̃o iesu. ad Aph. j. In q̃ hẽmus redẽptionẽ p sanguinez ipsius z remissionẽ pctõz ſm diuitias gratie eius q̃ supabũdauit in nob. Et bñ dicit supabũdauit gr̃a eius in nobis. Abũdans ei gr̃a in nobis ẽ qñ amicus moritꝛ p amico. Supabũdans aũt fuit gr̃a xp̃i in nobis. q̃ nõ soluz p amicis sz etiaz p inimicis mortẽ sustinuit. Vñ apl's Ro. v. Cũ inimici essemus reconcili auit nos ẽ. Istaz grãm dẽmus in mẽoria sp hre. sic ọ̃r Eccl. xxix. Gratiã fideiussoris tui ne obliuiscaris. dedit aĩam suã. i. vitam p te. Fideiussor iste est xp̃s. Totus mũdus p peccatũ ꝑmi hois dãnatus fuit z ptãti diaboli subiectus. z p nullũ hoiem q̃ntũcũq̃ sanctuz redimi potuit vel absoluí. z ꝑpatiens filius dei venit in mũdũ. z fideiussor hois factus ẽ. Potest tñ aliq̃s p tã magna causa fideiubere q̃ optet eũ aliq̃n domũ relinq̃re. z q̃nq̃z hereditatẽ. z q̃nq̃z vitã. Sic fecit xp̃s fideiussor noster. Jo ọ̃r Vier. xij. Reliq̃ domũ meã. i. celũ dimisi hereditatẽ meã. i. synagogam. dedi dilectam aĩam meã. i. vitam meã in manꝰ inimicoꝝ meoꝝ. Sic q̃ ptz gratia filij. ¶ Tercio ꝓponit nobis cõicationem spũssancti quã semp habere debemus in memoria. Cõmunicat em̃ nobis spũssanctus septem dona cõtra septem peccata mortalia. Require in sermone. O q̃suauis est dñe. in die penthecostes. Rogemus dñm ẽ.

¶ In die corporis christi.

Sermo. CVII

Cenantibus illis accepit ihs panẽ b̃dixit ac fregit deditq̃ discipulis suis. z ait. Accipite z comedite hoc est corpus meũ. Mat. xxvj. Et Lucxxij. addit. Hoc p vobis tradet. Marc. xiij. Et accepto calice gratias egit z dedit illis dicens. Accipite z bibite ex hoc oms. Hic em̃ calix sanguinis mei noui testamenti q̃ p multis effundet. Hlo. Pro multis effundet sanctis xp̃i. quo ad sufficientiã. ij. Cor. v. Pro oñib mortuus est xp̃us. Verba. Postea sunt verba iesu xp̃i ad discipulos suos qñ in cena corpus suũ z sanguinẽ suũ mistrauit. In q̃bꝫ ꝓbis possumus duo signa charitatis notare qua nos dilexit. Primũ est q̃ p nobis xp̃us corpus suũ tradidit. cũ dicit. Accipite z comedite. Secũdũ signũ est q̃ p nobis sanguinem suum fudit. cum dicit. Hic est calix ẽ. ¶ Sciendũ aũt ꝑmo q̃ xp̃s p nobis duobus modis corpus suũ tradidit. Primo in cibus ad edendũ. de quo ọ̃r in verbo ꝓsito. Cenãtibus illis. Hoc em̃ sacramentũ instituit cũ discipulis suis carnaliter recedereret in signuz charitatis q̃ dilexit nos. Vere magnũ signũ charitatis esset si hõ in necessitate oĩa bona sua amico suo impartiret. Sicut legit de thobia q̃ cũ in captiuitatẽ ductus fuisset oĩa q̃ habere poterat captiuis fratrib imptitus ẽ. Maius esset si hõ in necessitate filiuz suũ ad edendũ alteri imptiret. Illud legit. iij. Reg. vj. q̃ cũ samaria obsessa fuisset mulier filiuz suũ coxit z cũ alia muliere comedit. Ꝑ xpi/mũ ꝓ signũ esset si hõ corpus suũ ꝓ tũ amico suo in cibum daret. Hoc facit xp̃s quotidie nobis in sacramento altaris. Ideo dicit Ber̃. Discę xp̃iane q̃ntũ debes xp̃m diligere q̃ dedit nobis carnẽ suam in cibũ z sanguinem suũ in potũ. aĩam ꝓ ꝑcium. z vitam in redemptiõem. aquã lateris in lauacrũ. i. regenerationẽ baptismi. Dat aũt xp̃s carnẽ suaz vel corpus suũ nobis in viatitũ velatũ accidentib. s. sub panis specie ꝓpter quatuoꝝ rões. Primo ꝓpter meritũ q̃ntũ ad beatos. qz ſm Bre. Fides nõ habet meritũ vbi bũana ratio ꝑbet experimentũ. Secundũ ꝓpter indignitatẽ q̃ntũ ad malos. Exemplũ in berbis, mitibus q̃ pcussi sunt eo q̃ arcbam dñi nudã viderũt. qz indigni erant. Tercio ꝓpter imbecillitatẽ q̃ntũ ad hoies. Nõ em̃ possemus videre claritatem corporis glificati. sicut pater Matb. xvij. in beato Petro Jacobo z Johe qui in transfiguratione ꝓpter eius claritatem in terram ceciderũt. Pater etiam Exo. xxxiij in Moyse quẽ filij israel conspicere nõ poterant nisi velatum. Quarto ꝓpter horrorem

crude carnis quē haberemus si dentibus car/
nem xpi tractarem⁹. Uñ licet sint spēs panis
tñ ibi est verū corp⁹ xpi sic fuit in cruce ꝛ nūc
est in celo. Qui aliter sentiret indign⁹ esset ad
manducandū. Ro. xp̄o. Alienigena nō come/
det ex eo. i. aliā habēs fidē. Exq̄ nobis corp⁹
suū dedit. staruit etiā vt q̄liber fidelis ad mi/
nus semel in anno se p̄pararet ad h̄ vt corpus
suū digne reciperet. Quicūq; em̄ sine cā p̄ter/
mitteret ꝛ sine lnīa sui p̄lati ab ingressu eccl'ie
phiberi deberet. et mortēs nō deberet sepeliri
in cimiterio. q; tāq; membrū putridū ꝛ aridū
de vnitate eccl'ie abscindend⁹ esset. Quicunq;
aūt digne sumit mēbrū est corpis xpi. sic dr
Aphe. v. Mēbra xpi sum⁹. Mēbra autē nu/
stentari debēt alimēto corpis xpi. aliodn ip̄m
efficerek putridū sic corpoream membrū ad qđ
nō p̄mittik cibi in alimentū. Sic ergo p̄z p̄ri
mum. ¶ Scdo xps dedit p nobis corp⁹ suū
in morte ad p̄cutiēdū. Isa. l. Corp⁹ meū dedi
in manus p̄cutientiū me. et genas meas vel/
lentibꝫ. faciē meā ꝛc. Item magnū signū dile
ctionis esset si hō vnū membrū daret p ami/
co. sed xps singula mēbra et totū corpus p no
bis dedit puniendū in charitate. q; p̄misit ca/
put suū spinis cōpungi. oculos velari. faciem
cōspui. maxillas cedi. collū p̄cuti. os felle po/
tari. manus p̄fodari. pedes cruci affigi. totuz
corpus ad columnā ligari. q; a planta pedis
vsq; ad verticē capitis non erat in eo sanitas.
Ber. Si xps tot mēbra habuisset q̄t fūt stelle
i celo morti oīa tradidisset añq; vnā aīaz i in/
ferno reliquisset. Et vere magna dilectio esset
si p̄ tñ diligeret filiū q; p eo mori vellet. sicut
Dauid q̄ ait. Absalon fili mi q̄s mihi det vt
ego moriar p te. ī. Re. xviī. Sed maius esset
si ser⁹ tñ diligeret dñm suū q; p̄ter eū mori/
ri se traderet. sic armiger Jonathe. i. Re. xviī.
Cū autē Jonathas exiuisset cū solo armigero
et vidisset exercitū maximū philisteoz dixit.
Ascāseamus ad eos si forte pugnet dñs q; nō
difficile est ei saluari i pauc' vel i multis. Rñ
dit armiger. Fac oīa q̄ placēt aīo tuo. Perge
q̄ vis ego tecū ero. et aggressi sunt illi duo tan
tum exercitū et p̄cusserūt viginti viros. et to/
tus exercitus fugā iniit. Nō videtes filij isra
el p̄secuti sunt eos ꝛ p̄cutiebāt eos magna pla
ga. Erant aūt in exercitu philisteoz triginta
milia curruū. sex milia equitū. et vulg⁹ innu/
merabile. Sic p̄bat fidelitas armigeri q; tali
p̄iculo exposuit se p dño suo. Sed maximū si
gnum dilectōis esset si rex daret vitā suā p ser
uo suo. et hoc fecit rex Codrus. cui⁹ ciuitas scz
athene fuit obsessa. respōsuz accepit ab a p̄pol/
line q; ciuitas nō posset liberari nisi p mortez
suā. Ar ille tantū dilexit ciuitatē q; p̄ter eam
morte sustinuit. Sed sup oīa signū dilectōis
esset si hō moreret p inimicis. et hoc fecit xps

Uñ ap'lus ad Ro. v. Cū inimici essemus ꝛc.
Et si corpus suuz adhuc mortale esset p hoie
adhuc exponeret. vt scribit beat⁹ Dyonisius.
q; post ascensionē suā cuidaz sancto viro noie
carpo dixit. Paratus sum rursus p hoibꝫ sal
uandis pati. Et hic p̄z p̄imū. ¶ Circa scđm
nota q; xps fudit sanguinē suū duobꝫ modis
Primo vt pacē inter deū ꝛ hoiez reformaret.
sicut dicit ap'lus ad Col'. i. Pacificās p sangui
nem crucis ei⁹ sive q̄ in celis sunt sive q̄ in ter/
ris. Cōsuetudo fuit quondā quorundā genti
lium q; in reformatōe pacis fundebāt aquā vel
sanguinē alicui⁹ aīalis. p qđ significabāt q; q̄
cunq; illud pactū frangeret ita sanguis suus
fundend⁹ esset. Uñ legit' in scolastica historia
q; cū moises mori deberet cōuocato oī p̄'plo fe
cit fedus īter Josue ꝛ filios israel. q; ab eo po/
stea nō recederēt. Et ī signū huius fudit Jo/
sue aquā de vase. Alie gētes viuerūt effun/
dere sanguinē. sz filij israel effuderūt aquā. qz
cū aq̄ effundit nihil remanet i vase. sed cū san
guis effundit remanet aliqđ adminus color.
q. d. Pax illa totaliter ꝛ inviolabiliter dz ob/
seruari. Et q̄cunq; fregerit oīno et totaliter de
lebit. Cum g̃ xps reformare veller pacē inter
deum ꝛ hoiem nō fudit sanguinē aīalis. sz p/
p̄rium sanguinē et cū hoc aquā. Uñ Job. xix.
Unus militū lancea latus ei⁹ aperuit. et cōti/
nuo exiuit sanguis ꝛ aq̄. Uñ quicūq; hāc pa/
cem frangere p̄esumeret. si ita moreret totali
ter p̄iret. Et qz adeo fragiles sumus q; q̄tidie
pacē illā frangim⁹. dedit nobis xps sacramē/
tum sanguis sui vt p nobis q̄tidie offerat deo
p̄ri ꝛ nō pereamus. Aug⁹. Quis q̄tidie labi/
mur xps q̄tidie p nobis īmolat. Dicro. Ni/
hil adeo remissiuū ꝛ extinctiuū pcī sicut obla
tio et sacrificiū illud si digne offerat. ¶ Scdo
effudit xps sanguinē suum p nobis vt nos de
captiuitate diaboli liberarer. Zach. ix. Tu q̄z
in sanguine testamēti tui eduxisti vinctos de
lacu miserie. Glo. i. inferni ī quo nō est aq̄ mi
sericordie refrigerās. quā ille diues petijt qñ
dixit ad Abraā. Mitte lazarum vt intingat
extremū digiti sui ī aquā vt refrigeret linguā
meā. et hīe nō potuit vnā guttā. Quere ergo
miam nō ī inferno vbi inueniri nō p̄t. sed dū
viuis in mūdo. ī inferno gutta negat. hic san
uis largiter dat. ibi vnā guttā abraam diuiti
negauit. hic plurimas guttas immo fluuios
sanguis emanauit. Ber. Sufficisset ad redē
ptionē generis hūan' vna minutissima gutta
p̄ciosissime sanguis Jesu xpi. sz data est copia
vt ex beneficij redundatōne virtus claresceret
diligentis. ps. Apud dñm misericordia. et copio
sa apud eum redēptio. qz nō vna gutta sz vn
da sanguinis p quinq; plagas corporis emana/
uit. Per hunc ergo sanguinē nos q̄ eram⁹ vin
cti in lacu inferni sumus liberati. Legitur etiā

M

in scolastica hist̃oria. q̃ Salomon incluserat pullũ strutionis in vase vitreo. quẽ cũ strutio videret inclusum tulit vermiculũ quendã. et sanguinẽ illius liniuit sup vitrũ ꝛ est pullus liberatus. Sic xp̃s fregit infernũ in q̃ eramus inclusi p̃ sanguinẽ vermiculi et corpoꝛis sui. Ipe eñ in passione silis erat vermiculo. De q̃ ps. Ego sum vermis ꝛ nõ hõ. Blo. Ego sum viliter cõculcat⁹ sic̃ vermis ꝛ nõ hõ. ita viliter et nimis ac si essem vermis ꝛ nõ hõ. Infernus aũt infirm⁹ fuit q̃si virg̃ ptra sanguinẽ huius vermiculi. sz ptra dãnatos nõ est vitreus sed ferreus magꝫ videt̃ cẽ. qꝛ nũq̃ ãmodo inde liberabunt̃. Christus eĩ liniuit infernũ ꝛ suos liberauit. Vñ Aug⁹. O aĩa pciosa nõ auro redempta vel opib⁹. sz sanguĩe agni imaculati. Attẽde q̃tũ valeas et q̃tum p̃ te datũ sit. cogita ne tradas te iterũ in p̃ditionẽ p̃ q̃ xp̃s fudit sanguinẽ suũ. satis charã te habuit q̃ tam charo pcio te redemit. Ber̃. O q̃ vehementi amplexu amplexat⁹ es me o bone ihesu in cruce vbi sanguis de corde aq̃ delatere. aĩa de corpoꝛe eruit. Quid ego infelix faciã q̃ me vertã si tantũ thesaurũ tã pciose depositũ. imo quẽ xp̃s p̃cio sanguine vendicauit ptegerit negligenti⁹ custodire. Si stillantẽ in cruce sanguinẽ dñi collegissem. esset q̃ repositus⁹ apud me ĩ vase vitreo. et q̃ partiri sepi⁹ opteret q̃d facturus essem in tãto discrimĩe ꝛ illud obseruandum accepi. p q̃ mercatoꝛ insipiens ipa vtiq̃ sapĩa dei sanguinẽ suũ dedit. Sz hẽc thezauri istũ in vase figuli ꝛ fictili vbi multa pcula ꝛ plurima imminẽt. Hugo ĩ p̃sona xp̃i. O xp̃iane serua aĩam tuã. ego p̃ illa moꝛtu⁹ sum. si eam amiseris ego p̃o illa moꝛi nõ possum. Rogemus ꝛc̃.

¶ Dñica prima post trinitatis. Sermo CVIII.

Diligamus deum qm̃ ipe p̃ior dilexit nos. i. Joh. iiij. In verbis istis hortat nos ap̃s ad dilectionẽ dei. Charitas eñ ignis est. et ignis nõ pt melius accendi q̃ ĩ igne. iõ ꝓponit nobis charitatem xp̃i vt nos accẽdamur viceuersa ad deum diligendũ. Ostẽdit aũt nobis xp̃s suam dilectionẽ multis modis. ¶ Primo qꝛ de nihilo nos facere dignat⁹ est ꝛ ad imaginẽ suã reformare. Quo potuisset de⁹ hoĩem magis honorasse q̃ p̃ hoc q̃ eũ ad imaginẽ suã formauit. Ber̃. O hõ cogita qualẽ te fecit dñs. qꝛ ẽm corpus egregiã formã. ẽm aĩaz imaginẽ creatoꝛis insignẽ. Sed tu auare. tu superbe. tu luxuriose. deũ q̃ te genuit dereliquisti ꝛ oblitus es creatoꝛis tui ꝛc̃. Vñ ipe dic̃. Reuertere ad me et ego te suscipiã. Exemplũ ĩ filio p̃digo Luc. xv. ¶ Scõo ondit suã charitatẽ in hoc q̃ nobis bona diuersa ꝓtulit. scz naturalia. ꝛpalia. ꝛ spũalia. De bono naturali dr Eccl. xvij. Dedit dñs hoĩ ꝓsiliũ ad deliberandũ ne p̃cipitãter ageret. sicut bruta aĩalia. dedit aurei ad audiendum quicq̃d p̃futurũ sibi esset. Dedit linguam ad interrogandũ si forsitan ignoaret. Dedit coꝛ ad cogitandũ quid vtile q̃d honestum. q̃d necessariũ. quid fugiendũ. q̃d tenendum. quid detestandũ. et q̃d sit diligendum. Scõo dedit donũ ꝛpale. Eccl. xvij. Dedit illi potestatẽ oĩm q̃ sunt sup terrã. Iste. Oĩa p̃ pter hoĩem fecit deus. Damas. Deus creatoras cõdidit vt haberẽt q̃bus hoĩ benefacerẽt. Vñ admiras ps̃s ait. Dñe q̃d est homo q̃ memoꝛ es eius. oĩa eñ subiecisti sub pedib⁹ eius ꝛc̃. Hugo. O homo respice vniuersum mundum ꝛ si dera si aliq̃d sit q̃d tibi non seruiat. Oĩs natura. oĩs creatura ad hunc finẽ cursus suũ dirigit vt vtilitati tue deseruiat. hoc celũ. hec terra. hic aer. hec maria et q̃ in eis sunt. sol et luna. stelle ꝛ planete oĩa tibi famulant. Vide o hõ q̃tũ te amauit q̃ tantũ tibi dedit. celũ vt ministret tibi. lumen ĩ die vt vigiles. tenebras ĩ nocte vt pauses. ergo dicit. Ego oblectationẽ tuã p̃ tpm vicissitudines tibi parto. tpe veris et estatis feruoꝛẽ. autumni plenitudines. et hyemis algoꝛẽ. Aer dicit. Ego vitalem tibi p̃beo flatũ. et oĩe gen⁹ auiũ ad tuus mittro obsequiũ. Aqua dicit. ego potũ tibi p̃beo. diuersoꝛũ genera pisciũ tibi ad tuũ eius ministro. Terra dicit. te porto. ego te nutrio. pane cõforto. vino lerifico. et oĩs generis fructu oblecto. diuersis aĩalibus mensam repleo. Mund⁹ dic̃. Vide hõ q̃tũ te amauit q̃ me p̃ pter te fecit. seruio tibi. qꝛ p̃pter te factus sum. vt tu fuias illi qui te fecit et me. me p̃pter te. et te p̃pter se. si sentis bñficiũ redde debitũ. accipis benignitatẽ. redde charitatẽ. hec tributit et exigit de⁹. Infern⁹ dic̃ tibi. a me ꝓsumes si nõ ò rãtis bñficijs grat⁹ eris. Tercio dedit spũale donũ siue eternale. ĩ q̃ silr transcẽdit oĩs creaturas terrestres Aug. dic̃. O aĩa miserabil̃ creatura q̃ te deũ cis. terrã diligꝫ. ꝛ melioꝛ es. celuz ꝛcplaris et altioꝛ es. solo creatoꝛe tuo iferioꝛ. Jõ fecit deus hoĩem de terra. nõ tñ p̃pter terrã sz p̃pter celũ. ¶ Tercio oñdit suã charitatẽ q̃ p̃ nob pauper fact⁹ est. ũ. Choꝛ. viij. Qui cũ dives esset ĩ glia p̃pis p̃ nobis fact⁹ ẽ egen⁹. De illo recte ĩ sermone de natiuitate ei⁹. s. Paruul⁹ natus ꝛc̃. Quanto oñdit suã charitatẽ in b̃ q̃ p̃ nob aĩaz suam posuit. i. Jo. iij. In b̃ cognouim⁹ charitatẽ dei qm̃ ipe aĩaz suã posuit p̃ nob. Ber̃. O q̃ gratuita dilectio ꝛ inaudita charitas glozie regez p̃ despectissimo vermiculo crucifigi. Quis vn q̃ audiuit talia. aut q̃s vidit huic silr. vix eñ q̃ audiuit talia. aut q̃s vidit huic silr. vix eñ p̃ iusto q̃s mozit. ipe vero p̃ iniustis. De hoc recte in sermone. Cenãtib⁹. Aug. Vide o hõ

quo amore te dilexit dñs deꝰ tuus vt eius ve
stigia sequaris. ꝓpter te paup factus est in mū
do vt te ditet in celo. ꝓpter te captus est vt te
de captiuitate liberaret. ꝓpter te flagellat⁹ est vt
te a flagellis eternis eueret. ꝓpter te iudicat⁹ ē
vt te a iudicio extreme vltiōis liberaret. ꝓpter
te coronat⁹ est spinis vt te coronaret ī celis. p
ꝓpter te mortuus est vt te a mortuis suscitaret.
Hugo. O hō cogita q̄tū te deꝰ dilexit q̄ tāta
pro te fecit. tanta tibi ꝓtulit. tāta p te sustinuit.
priusquam cū nō esses te dilexit vt te cōderet. postea
cū pieras hūiliauit se z factꝰ est hō vt oñderet
q̄tū te dilexit. Hō nisi moriēdo a morte libe
rare voluit vt nō solū pieratꝰ officiū verū etiā
charitatꝭ ministraret affectū. Hūc aūt sincera
caritate te diligit ac si sp cū eo pstitisses. nec ex
probrat tibi reatū. nec ī properat tibi bñficiū.
et si deinceps cū eo pseueraueris ipm vt te de
cet amādo z illi tuū amore incōtaminatū ser
uando maiora prioribus se daturuꝫ ꝑmittit.
Rogemus zc.

De eodem Sermo. CIX.

Mortuꝰ est diues
et sepultus est ī inferno. Lu. xvi. In
verbis ꝓpositis a ꝓpare q̄ periculose sunt diui
tie. Et to ꝓtemnēde sunt diuitie ꝓpter multa.
¶ Prīo qꝫ affligūt hoīem ꝓpter ꝓtinuā curā
in custodiēdo. Ec. Nihil laboriosius q̄ ter
renis afflictibꝫ inhiare seu estuare nihil q̄rius
in hōmodo q̄ nihil a ꝓpere. Multa eī tormēta
patit diues auarꝰ. qꝫ sp timet amittere bonū.
Job. xv. Cū pax sit z securitas īsidias suspicat
Sen. Auarus si videt regē suspicat p̄donem
videt pauperē z estimat furē. Eccl's. v. Satu
ritas diuitis nō sinit eū dormire. Aug. Diui
tias inueniſti requiē pdidisti. die sollicitꝰ. no
cte pauidꝰ. sp egenus. Eccl's. ij. Cūcti dies eiꝰ
pleni sunt doloribꝫ z erūnis. nec mēte p noctē
requiescit. Exēplū. Phus quidā mortuis pa
rentibꝫ totū ꝓmoniū redegit in vnā massaꝫ
auri. quam vidēs fur nocte conabat auferre.
Phus aūt ad caput suū ponēs p̄ sollicitudīe
dormire nō poterat. Fur ꝯo quo aurū abstra
heret vigilabat. Cū phus se dormire dissimu
laret. fur aurum trahere cepit. et phus eo viso
fortiter clamauit. Trahe viriliter tūc ego z tu
dormiem⁹. fur aūt abstulit z phs quieuit. Itē
aliꝰ phus cū vidisset q̄ndā pauperē bibere cū
manu ad fontē ait. Neſciebā naturā mihi de
disse ciphū. et statim puulū vas q̄ bibere sole
bat ꝓfregit ad lapidēz manu bibit. Ecce quō
gētiles ꝓpter sollicitudinē diuitias ꝓtēnebāt z
ꝓpter intranquillitatē. ¶ Secōo sunt ꝓtemnen
de diuitie. qꝫ multis sunt occasio eterne dāna
tionis. i. Abimo. vi. Qui volūt diuites fieri
incidūt in temptationē z ī laqueū diaboli. et
desideria mala z nociua q̄ mergunt hoīem in
interitū. Eccl. viij. Multos pdidit aurū z ar
gentū. Baruch. iij. Ubi sunt q̄ aurū et argen
tum thesaurisant ī q̄ ꝓfidūt hoīes. Ecce ad in
feros descenderūt. Job. xxi. Ducūt in bonis
dies suos zc. Exēplū in diuite q̄ dixit. O aīa
mea multa bona habes zc. Itē exemplū. Bal
fridus prior clareuall' cū esset electꝰ in epm oī
no renuit. Cū aūt laborare ī extremis roga
uit eū quidaꝫ monachꝰ q̄ sibi obtinere posset a
deo q̄ ad eum rediret z statū suū sibi referret.
Cui oranti apparuit galfridus dicēs. Ecce as
sum. Cui ille. Quare quō est tibi. Qui ait. bñ.
Sed reuelatū est mihi a deo q̄ si ꝑmotꝰ fuis
sem ī epm de numero fuissem damnatorum
Ecce q̄ periculose sunt diuitie. ¶ Tercio sunt
cōtemnende. qꝫ amatores suos nō sinūt intra
re celū. i. Choz. vi. Neq; auari regnū dei pos
sidebūt. Ephe. v. Hoc scitote qꝫ oīs auarꝰ nō
hz hereditatez ī regno xpi. Exemplū Mat.
xix. Quidā oīa mādata dei obseruabat. sed so
la dilectio ad diuitias retraxit eū. Nota pabo
lam de adolescēte. Ideo ōz ibidē. Facilius est
camelū p foramēacus trāsire q̄ diuitē auarū
intrare ī regnū celoꝝ. Exemplū de duobꝫ mi
litibꝫ q̄ intrabāt domū diuitis vt mutuarēt pe
cunias. Reḡre sup̄ in ser. Libēter gloriabor.
¶ Quarto sunt ꝓtemnēde diuitie z dignita
tes. qꝫ de oībus oportꝫ reddere rōem post hāc
vitā quō sunt acq̄sita possessa z expēsa. Eccl's
xi. In bonis sit cor tuū z scito q̄ p oībus his
adducet dñs te ad iudiciū dicēs tibi illud Lu.
xvi. Redde rōem villicatōis tue. Exempluz.
Epūs q̄dā prīo fuit por deinde abbas. postea
effectus est epūs Cui infirmāti apparuit diabo
lus dicēs. Summꝰ papa citat te vt reddas ō
officiꝫ rōem. Cūq; venisset coram summo pa
pa vt sibi videbat dixit q̄ nō bñ cogitasset sup
hoc. et petebat ī duciās et assignabat ei alia di
es. Cūq; hec visa pluribꝫ revelasset nec statuꝫ
emēdasset. assignato die idē diabolus venit vt
gens ad reddenduꝫ rōem. At ille clamauit se
nō esse patū. et surgens cū impetu volebat fu
gere et impegit ī quandaꝫ columnā z collisio
capitꝭ cecidit z expirauit. ¶ Quinto sunt cō
temnēde diuitie qꝫ false sunt. Nā hoīes in ma
iori necessitate. i. in morte derelinquunt. Job
xxvij. Diues cū dor. nihil secū afferet. aperiet
oculos suos z nihil inueniet. apprehendet euꝫ
q̄si aq̄ inopia. ps. Diues cū dormierit nō su
mit oia secū neq; descēdet cū ea gloria domuſ
eius. Exemplū. Quidā rex quendā pauperꝫ
sublimauit famulū. q̄ cū porēs factꝰ essꝫ inimi
cos dñi sui in domū suā recepit. q̄ audito p̄
cepit eū dñs suspēdi. Cūq; ad mortē duceret oc
currit sibi quidā amicꝰ cui ait. Amice recole
quō te dilexi. succurre mihi. Cui ille. habes be
ne alios amicos. post mortē tuā tū misertus

tui tibi dabo lineum pannū quo post mortē tegaris. Postea obuiauit sibi alī amicus quē rogauit sicut priorē. Qui rndit. Vlq ad por/tam te deducā. Postea occurrit ei alius ami/cus cui parū bonū fecerat invita sua. tñ roga/uit eū vt porres dicēs. Amice charissime oēs amici mei qs multū dilexerā t qbz multa bo na fecerā derelinquūt me. et ēgnis modicū ti bi fecerim de tua tñ bonitate cōfido. q succur/re mihi. et ille liberauit illū. Rex iste est deus. pauz vnuscūscz hō cui dē multa bona ptulit Ipē recepit in domū suā inimicos dei qñ per pctm demōes intromisit. t ppea merē eterna liter dānari. Sz prim amic q pmisit lineū pannū est diuitie de qbus recipit hō i fine vite sue nō plus nisi vix pannuz in q voluit. Per alīū amicū significanť amici carnales. q cor/pus vscz ad sepulcrū deducūt. et postea obli/uiscunť. Tercius amic est xps q nullis nris meritis exigētibz p multas tribulatōes nos de eterna morte liberauit. Iste est verus ami cus nr q alīs deserentibz hoīem non deserit. Dionisi. Benignus iesus vlrim est i recessu primus in aduētu. ¶ Sexto ptemnēde sunt diuitie. qz fm gloriā quā nūc hz diues erit tūc eius pena. Apoc. xviij. Quātū glorificauit se et i delitijs fuit tantū illi date rormentū et lu/ctum. Exemplū de monacho q vidit in spiri/tu q aīam diuitis puniri. Reqre in aduētu dñi. in ser. Gaudete in dño. Rogem. xc.

¶ Dñica secunda post trinitatis. Sermo CX.

IN hoc cognoui mus charitatē dei. qm ille p nob ani mam suā posuit. t nos debem aīas p fratrib ponere. i. Jo. iij. In epla pcedentis dñice hor tabat nos Jobes ad dilectōz dei. In epla ho/dierna hortat nos ad dilectōz prim docens nos ita dilīgere primū sicut nos xps dilexit. ¶ Sciendū aūt q debem diligere primū tri pliciter. ¶ Prio integraliter. i. ex toto corde. et ex tota aīa sic xpus mgr noster dilexit nos. Jo. xiij. Ego mgr t dns exemplū dedi vobis vt quēadmodū ego feci vobis ita t vos facia tis mutuo. et sicut ego dns dilexi vos ex toto corde et ex tota aīa ita t vos debetis facere. Jo. xv. Hoc est pceptū meū vt diligatis inuicē si cut dilexi vos. Diligere debem ita integrali/ter q oīa q habem corp et res p ipo exponere debem. Sicut de dilexit nos vt vitā suā p nobis poneret. sic nos facere debem. sicut dr in epla hodierna. In hoc cognouim chari/tatē dei qm ipe p nobis aīam suā posuit. ita t nos debem aīas p fratrib ponere. Et etiaz res tales exponere debem ppter dilectionez primi exemplo xpi q dicit p pheta Viere. xij Reliqui domū meam dimisi hereditatē meā Dedi dilectā aīam meā in manib inimicoz meoz. ij. Choz. viij. Pro nobis fact est ege/nus cū diues esset vt nos diuites faceret. Sic et nos debem p fratrib exponere oīa q habe mus i necessitate. i. Jo. iij. Qui viderit fratrez suū necessitatē patientē. et clauserit viscera mi sericordie ab ipo quo charitas dei manet in il lo. q. d. nō manet i illo. Hre. Qui rpe trāquil/litatis nō dat tunicā primo suo. quo in pscu tione daturus est aīam suā. Jrē diligere debe mus primū ex toto corde integraliter. ita q de bono eius gaudeam t de malo eius dolea mus. Aug. Quantū qscz alīū diligit tantū d bono eius gaudet. sic nos dilexit xps t tota cu ria celestis. qz gaudiū est angelis dei sup vno pcrore pniam agēte. Lu. xv. Jrē de damno p primi debem dolere. sic xps sup hierlm fleuit Lu. xix. Vñ. i. Pe. iij. Estote cōpatiētes fra/ternitatis amatores. Hre. Tanto qscz magis pficit ēgto pfectius sentit dolores alienos. sic cōpatiebat Job. xxx. dicēs. Flebā quondā su/per eo q erat afflict t cōpatiebat aīa mea pau peri. ¶ Scdo debem diligere primū sapiē/ter. ita q oēs diligam. et tñ vicia eoz odia/mus. s. quēcūcz diligam eius vicia odiam nec vicijs ei cōsentiamus. Nūqz dz alīs di/ligere alīū intm q ppter eum pctm cōmittat. Sed taliter dilexit adā euā vxorē suā. Aug. Ne eam contristaret pctō ꝯsensit. Sic hero/des ne filiaz herodiadis cōtristaret Johannē decollari fecit. Tales sunt q ppter amicos piu rant vel alia pcā cōmittūt. potī deberet hō oēs amicos suos patrē t matrē t filios. seipm et oīa q haberet amittere t mori se exponere ēgz peccare. Exemplū habem. ij. machab. vij de muliere cū septē filijs q volebāt oīa tormē ta sustinere potī ēgz porcinas carnes pmedere ¶ legē. Tercio debem diligere primū pseue ranter. puer. xvij. Omī tpe diligit q amicus est. scz pperitatis t aduersitat. Sz qdā sunt q tm diligūt primos in tpe pperitat qñ ho/mo habet dare aliqd. Vos vocat salo mō a/micos mense. Eccl. vi. Est aūt amicus socius mense t nō pmanet in tpe necessitatis. Tales nō diligunt primos iz bona eoz. et sunt siles canib q diligūt ossa ppf carnes. et qñ ossa sūt sine carne os relinquūt. Vñ Hre. Cū qs in p speritate posit diligit incertū est valde vtrū pperitas vel possessio diligat. Amissio eī fe/licitatis mentē pbat diligētis. Qui em in ad uersitate primū deserit apte cognoscit q būc in pperitate nō amauerit sed bona sua. Ca/les sīles sunt pullis vulpium q diligūt matrē ēgdiu habet lac. sed qñ nō inueniūt lac lacerāt vbera eius dentib. et quasi alienaz reputant. Nō em sic filū dei diligere debent. nam xpus nō diligit sic. Ipe enim diligit pauperē sicut

diuitem. nobilē sicut ignobilē. qz nō est ꝑsonarum acceptor deus. Ipe eñ diligit peccatorem penitentē. i. pñiam agentē sicut illū q̄ nūq̄ peccauit. Exemplū in filio ꝓdigo Luc. xv. Rogemus tē.

De eodem Sermo. CXI.

Homo quidaz fecit cenam magnā z vocauit multos. Lu. xiv. Iste hō deus est q̄ p nobis factus est homo. Homo q̄dam. i. xp̄s qui ōr hō ex hoīe generatus. ps. Homo natus est in ea. et fundauit eā altissim⁹. Baruch. iij. Post hoc ī terris visus est z cū hoībus cōuersatus. qz p hoībus et cū hominib⁹ cōuersatus z immolatus est Jo. xi. Expedit vobis vt vnus moriat hō p ꝑplo tē. q̄ fecit cenā magnā. i. eternā iocunditatē. et pauci veniūt. Sciendū aūt q⁹ dñs vocat nos ad regnū celoz multis modis.

Primo p beneficioz largitionē. Esa. xlix. Dñs ab vtero vocauit me. q. d. Ab illa hora qua cōcep⁹ fui in vtero matris mee incepit mihi dñs bñficia sua impēdere vt sic me ad sevocaret. Nā primo qñ homo cōceptus est deus dat ei aiam rōnalem z formā humanā super oēs creaturas pulcerrimā. Ber. O hō cogita gliter te fecit deus. nempe ſm corp⁹ egregiaz formā. ſm aiam imaginē creatoris insignem Sed heu tu stulte. tu suare. tu luxurioſe deuz q̄ te genuit dereliquisti. et oblitus es dñi creatoris tui. tñ dicit dñs reuerteret ego suscipiam te. Jtē dedit tibi dona naturalia. tpalia. et spiritualia. vt te alliceat z vocet ad eternā vitam. Que aut emista tpalia naturalia et spiritualia sunt reḡre dñica ꝑma post trinitatē. in seDiligam⁹ deū. Isti vocatōi respondendū est ꝑ gratiaz actōes. ps. Cātabo dño ī vita mea q̄ bona retribuit mihi. Sz alicq̄ sūt q̄ ista bñficia non attendunt nec regratiātur. De q̄bus cōquerit dñs. puer. i. Extēdi manū meā. scz p donoz largitionē. nec fuit q̄ aspiceret in eaz p gratiarū actionē. Exemplū in filiis israel q̄b⁹ multa bñficia ꝓtulit vt eū colerēt. et post deos alienos nō irēt. Scō vocat dñs p nūcios scz ꝑdicatores. Esa. xlij. c. Ego mandaui sanctificatis meis. i. sanctis ꝑdicatoribus. et vocaui fortes meos. s. illos q̄ ꝓfidūt in sua fortitudine. s. ad officiū ꝑdicatōis ī ira mea. s. vt predicent īrā meā mūdo. Un Mar. vl. Euntes in mundū vniuersum ꝑdicate euangelū oīni creature. i. oīni hoī ꝓpter quē oīs creatura facta est. et quē dñs oīm creaturarū ꝓstituit. Qui crediderit z baptisatus fuerit salu⁹ erit. q̄ vero nō crediderit ꝓdemnabit. Et sicut tūc misit apl̄os. sic nunc mittit ꝑditatores. Qui q̄ recipit ꝑdicatorē z verbū dei. i. verbū ꝑdicatoris deū recipit. Luc. x. Qui vos audit me audit. Propter istud officiū. s. vt ꝑdicaret venit iesus in mundū z ꝑdicādo pctōres ad regnū celoz vocaret. Lu. v. Cūq̄ vocasset matheū de thelonio comedit cū eo. et murmurabāt de hoc pharisei q⁹ cū pctōribꝫ comederet. Et rñdit iesus. Nō veni vocare iustos sed pctōres ad pñiam. Un dixit martha ad mariā. Magister adest et vocat te. Jo. xi. Et q̄ tunc fecit p se nunc facit p ꝑdicatores. et q̄ eos spernit deum spernit. Luc. x. Qui vos spernit me spernit. et qui vos recipit me recipit. Sed quid ā sunt q̄ hāc vocationē nō audiūt qui se surdos faciūt ad vocē ꝑdicatoris. sicut serpēs ad vocē incantatoris. q̄ obturat aurē vnā ad terrā. et aliā cauda. Per terrā significat terrena substātia. Per caudā spes longioris vite. Ista duo multos faciūt surdos ad vocē ꝑdicatoz. Talibus ōr puer. i. Vocani et renuistis. s. vocaui p ꝑdicatores meos z renuistis venire. ps. Laborauī. s. in cruce pendens vbi caro cruentata tāq̄ in reclinatorio vsq̄ ad emissionē spiritus pependit. Rauce facte sunt fauces mee inutiliter clamādo. Talib⁹ etiā cōminat Esa. lxv. Oēs in cede corruetis ꝓ eo q⁹ vocaui z nō respondistis mihi. Tercio vocat p internaz inspirationē. Osee. ij. Loquar ad cor eius. id est dum alicui aliq̄s bonas cogitatōes infundit. s. q̄n incipit cogitare pñtis vite instabilitatē. mortis incertitudinē. mūdi falsitatē. peccatoris damnositatē. inferni acerbitatē. diuine glorie immensitatē. et diuinā benignitatē. Illa est vox dñi loquētis ad cor hoīs z aduocantis eum quā debemus libēter audire. ps. Audiā q̄d loquat in me dñs deus meus qui stat ad ostiuz cordis z pulsat. Apoc. iij. Ego sto ad ostiū tuū z pulso. sed multi sunt q̄ hāc vocatiōz audire nolūt. Talib⁹ ōr puer. i. Despexistis oīme ꝓsiliū meū z increpatōes meas neglexistis. Ego q̄q̄ in interitu vr̄o ridebo.

Quarto vocat p tribulationē z flagellatōz taq̄ p nuncios q̄ sunt signa salutis. Hab. xvi Ag correptionē in breui turbati sunt habētes signa salutis. Hebre. xij. Flagellat omnē filium quē dilīgit. ps. Multiplicate sunt infirmitates eoz postea acceleraverūt. Bre. Mala q̄ nos hic p̄munt ad deuz ire cōpellunt. Exemplū in filio ꝓdigo. Lu. xv. Isti figurati sūt per Joab cui misit absalon nuncios rogans eum venire ad se er nō venit. tandez misit fortes nuncios suos et succendit segetes eius. Et tunc venit dicens q̄re hec fecisset. qui ait. Aliter te habere nō potui. vt haberur. ij. Re. xiij. Sic quidam vocati per nuncios. id est p ꝑdicatores noluntvenire. Tandem succendit dominus segetes eorum. idest imittit eis tot tribulationes et infirmitates q⁹ eos venire oportet. Exemplum. Qu dā miles rogauit quendam dum egrotaret vt deum p⁹ se oraret vt

sanitatem reciperet. Et quesiuit ab eo vir sanctus vtrum melior & deuotior esset in infirmitate vel in sanitate. dixit miles. In infirmitate frequentius deum inueco q̄ in sanitate. in sanitate em̄ obliuiscor dei multotiēs. Respōdit vir sanctus. Quo ergo deus vt seruet te in eo statu in quo melior es. et sic ille infirm⁹ manēs penitentiā egit et vitam suam in bono finiuit. Rogemus dñm t̄.

¶ Dñica tercia post trinitatis.

Sermo CXII.

Humiliamini sub potēti manu dei vt vos exaltet in tēpore visitationis. id est in die iudicij. i. Pet. v. In verbis propositis facit beatus Petrus duo. Primo hortatur nos ad humilitatem. secundo ostendit humilitatis vtilitatez. Primū ibi. Humiliamini sub t̄. Secundū ibi. Ut vos exaltet in tempore visitationis. ¶ Sciendū autem q̄ multiplex est humilitatis vtilitas. ¶ Prima est q̄ facit hominē deo dilectum & acceptum. Piero. Nihil est autez quod nos deo et hoībus ita gratos facit q̄ vita magni humilitate simus infimi. Bern. In alto nō altum sapere sed humilibus ꝓsentire nihil deo charius. nil apud homines rarius. Nō est magnum humilē esse in abiectōe magna ꝓprius & rara virt⁹ est humilitas honorata. Ideo placet deo humilitas q̄ sine illa nulla bona sibi placent. Ber. Sine humilitate audeo dicere nec virginitas marie deo placuisset. Exemplū in saul. i. Reg. xv. Nōne cum parul⁹ esses in oculis tuis caput i tribubus israel factus es. scz rex. Postea cum superbire incepit per inobedientiā abiectus est Item in dauid qui minim⁹ fuit inter fratres suos et dñs eum in regem elegit. Nota hist̄riā. i. Regū. xvi. Quomodo dñs dixit ad samuelem. Inueni virum scōm cor meuz. et misit eum ad domum ieſſe vt vngeret vnuz de filijs suis in regem. Cunq̄ venisset ad domuz eius erat dauid in pascuis cum gregibus. Et statuit samuel alios filios suos septē ante alterum. et videns Samuel helyab pulcrum & ꝓcerum estimabat eum futurū regem. Et ait dominus. Ne respicias vultum eius neq̄ altitudinem stature eius. Ego nō corporis pulcritudinem eligo. sed animi virtutem. et vocauit Samuel alium filiū. et dixit dominus. Nec hunc eligo. et sic statuit omnes. Et ait samuel nullum ex his elegit dñs. nunq̄d cōpleti sunt filij tui. Qui respōdit. adhuc est reliquus parvulus & pascit oues. qui cum adductus fuisset vnctus est in regē. Ecce quomodo dauid placuit deo per humilitatē q̄ dixit. Inueni virū scm cor meum. & fecit eum regem. ¶ Secūdo humilitas sniam dei iam latez mutat. Exemplum in rege Achab. iij. Re. xxi. Cum achab occidi fecisset naboth ꝓter vineam suam occurrit ei helyas dicens. Hec dicit dñs. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem naboth lambent id est lingent & tuum. Cum aūt audisset achab verba hec. scidit vestimēta sua et cooperuit cilicio carnem suam. ieiunauit. dormiuitq̄ in sacco & ambulauit demisso capite. Et ait dom⁹ ad helyam. Nōne vidisti achab humiliatū coram me quia humiliatus est mihi. ideo nō inducam in diebus suis malum. Dominus em̄ facit sicut leo. Leo enim animalia sibi repugnātia lacerat. subiecta vero abire ꝓmittit. Sic deus humili parcit superbum ꝓsequitur. Ipe est leo de quo dicitur Apocal. v. Ecce vicit leo t̄. ¶ Tercio humilitas gr̄am meretur in vita p̄nti. Jaco. iij. Superbis resistit deus. humilibꝫ aūt dat gratiam. Sicut em̄ aque deserūt mōtes & fluunt ad valles. sic deus deserit superbos. i. gratiā eis nō infundit. sed veit ad humiles. Aug. Altra siccantur. ima replent. Humilitas em̄ est aque ductus p quē gratia venit ad hoiem. Bern. Ideo fluenta gratie tāto ꝓpe defuerūt. q̄ non dum interuenit aq̄ductus. Per aqueductū intelligas beate marie virgis humilitatē p quā venit nobis gr̄a de celo. et nemo pōt accipere gratiā nisi p humilitatē. Aug. Quāto maria magdalena humilius ad pedes dñi sedebat. tanto magis de gr̄a eius capiebat. Exemplū Aegik in vita patrū q̄ quidā frater ieiunabat septuaginta hebdomadas perens a deo vt reuelaret sibi quendā sermonē scripturarū quē ignorabat cōtemnens ab alijs fratribus interrogare. Et cum nō fuisset sibi reuelatū exiuit ad quendā fratrem vt inquireret ab eo. Et occurrit ei angelus dicens Septuaginta hebdomade quas ieiunasti nō fecerunt te dignuz reuelatione diuina et gratia. Nunc aūt quia humiliasti te vt ad fratrem pergeres & requires missas sum a deo tibi reuelare. Et sic fuit sermo reuelatus. ¶ Quarto humilitas meretur gloriā in futuro. Job. xxij. Qui humiliat⁹ fuerit erit in gloria. et q̄ inclinauerit oculos suos ipse saluabitur. Matth. xix. et Luce. xviij. Sinite paruulos venire ad me. talium enim est regnū celorum. Mat. xviij. Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut parvuli nō intrabitis in regnum celorū. Bern. Ascende p humilitatem ad sublimitatē et hec est via et non alia ꝓter ipam. q̄ aliter vadit potius cadit q̄ ascēdit. Lu. xviij. et xviij. Qui se humiliat exaltabit. et q̄ se exaltat humiliabit. Exemplū. Dña quedaz nobilis mortuo marito relictis oībus claustrū iuit monialiū. et intim se būiliauit vt coquine se dedit. et omnia vilia officia būliter faciebat. Accidit q̄ abbas ad visitan-

